FABRICA SYLLOGISTICA ARISTOTELIS.

IN DILVCIDAS ADMODVM SVMMVLAS DIGESTA.

AVTORE
IOANNE GONO SALIO DE CASTILLA, BVRGENSI.
INTER
EXIMIOS DOCTORES COMPLVTENSES;
tum Primario S. Thomæ Interprete,
tum Canonico Ecclesiæ
Magistralis.
PENESQVE
SVPREMOS FIDEI QVAESITORES,
CONSVLTO
EX MVNERE.

CVM LICENTIA.
Compluti. Typis ANTONII VAZQVEZ, Vniuersitatis Typographi.
M. DC. XXXXII.

Suma de Priuilegio, y Tassa.

EL Doctor Ioan Gonſalez de Caſtilla, Catredatico de Prima de ſanto Tomas, en la Vniuerſidad de la villa de Alcala de Henares, y Canonigo de la ſanta Igleſia Magiſtral de la dicha villa, &c. Tiene priuilegio Real, para imprimir eſte libro, intitulado *Fabrica ſyllogiſtica Ariſtotelis*, y prorrogacion por otros 10. años para voluerle à imprimir, y licencia del Conſejo para vẽderle à quatro marauedis el pliego en papel, como conſta de los teſtimonios, que el Autor tiene en ſu poder.

ERRATA

PALEYGENEIA SALII.

AVTORE

ALFONSO SANCTIO, HISPANO.

SALIVS.

EX QVIBVS, QVALIS, QVOTVPLEX, QVORSVM.

PHRYX PRIMVM EX BRYGE:
POST HESPER EX TEVCRO:
Bardulus, Brygo, Bero.

HIS EST TRIBVS VNVM:
TOTIDEM EST OMNIA:
Gallicus, Astur, Cantaber.

QVIN-

atque conſpicuum eſt. Quis enim neſciat, qua arte componitur, eádem *compoſitum* reſoluendum fore? Eſt ergo componendi, & reſoluendi *eadem ars*, & *inſtitutio*.

Quod *ſynthеſim* Græci, id ipſum Latini *compoſitionem* vocant; eſt illis *analyſis*, quod *reſolutio* iſtis. *Voco* *opellam meam ſyllogiſmi fabricam*: quòd prior ſit *compoſitio*, quàm *analyſis*. *De analyſi Princeps* inſcripſit *opus*: quòd non ſit *reſolutio* ſine *ſyntheſi*. ¶ Sed, quandiù *ſyntheſeos*, atque *analyſeos* eadem ratio, & diſciplina eſt: *doctrina earũ* æquo ex

De priori Analyſi.

vtrauis iure nominari potuit.

Arrisit nobis, *partē hanc Logicæ*, nè nomine *actus*; sed nomine *obiecti*, designare. Quòd, scilicèt, *obiecto cognito*, facillimè *actus* dignoscatur. Dicemus infrà, *compositionem, & resolutionem syllogisticam* non esse *actus logicæ*; *sed praxes.*

LIBER

LIBER PRIMVS DE TERMINIS.

AVTORE SALIO.

PROLOGVS.

LIBRVM hunc de *terminis*, claritatis gratia, in tres partes diuidam. ¶ Definiam *terminum* in prima: diuidam in altera: affectus in tertia perſcrutabor. Sic certè fiet, vt prima ſyllogiſmi fundamenta iecerim.

PRIMA PARS LIBRI DE TERMINO IN COMMVNI.

PRIMAM partem Libri in ſex tantùm capita diſtribuam. ¶ Tradam in primo *definitionem termini* in communi. ¶ Subdam illicò quaſdam veluti appendiculas ipſius. Oratio namque *propoſitionem* explicat, propoſitio *terminum*. ¶ Adijciam his *definitionem*, *diuiſionem*, & *argumentationem*. ¶ Benè vtique; ſed quorſum? Ne anſam eorum tractandi prætermittam, quæ tam eximia ſunt per ſe, vt valde quoque ſint profutura ſequentibus.

CAP.

CAPVT PRIMVM.

DE TERMINO.

1 SYNTHESIS rerum sic habet cum *analysi*, vt exinde primùm *compositio* cœperit, vbi *resolutio* terminatur. *Fabricam* ergo, & *structuram syllogismi* necunde aptiùs, quàm ex *terminis resolutionis*, exordiri possumus. Constat autem, *syllogismi analysim* in proximis partibus *propositionis* terminari. Exinde ergo erit inchoanda *synthesis*.

Prima pars capitis. 3. *Eth.* *cap.* 3.

2 Oportet insuper, vt priùs *terminum* in genere, quàm in specie, discutiamus. Namque, in indagine rerum occultarum, illud naturâ insitum necessariò habemus, vt ad *minus notas*, ne aliunde, quàm ex *notioribus nobis* progrediamur. Sunt verò magis nota, quæ communia magis.

1. *Phys.* *cap.* 1.

1. *Priorum Analyti. cap. 1.*

3 Aristoteles 1. libro de *priori analysi*, capite. 1. sic *terminum* finiuit. *Terminum voco, in quem resoluitur propositio: vt prædicatum, & de quo prædicatur: apposito, vel separato, esse, vel non esse*: &c. ¶ Perinde sunt hæc, ac si dixisset. *Syllogismus*, cuius *analysim* tractamus, in duas primùm *propositiones* resoluendus erit. Maiorem *primam*, minorem *secundam*, vulgò, vocitant. Hùc primùm *resolutio syllogismi* necessariò venit. Sed progreditur vltrà. Sunt enim *propositiones syllogisticæ* in proximas partes resoluendæ, quò *syllogismus* iam inde vltimò resolutus omninò censeatur.

4 Sed *resolutio syllogismi* partes proximas *propositionum* cur, obsecro, non transmeat; sed in ipsis conquiescit, & finitur? Quòd, scilicet, *tota vis illatiua syllogismi*, quæ in *resolutione priori* examinatur, ne aliàs quidem; sed in *recta* solùm *dispositione istarum* peruestigàri

gari queat. Namque *syllogismus* tunc quidem solùm necessariò infert, cùm *tres duarum propositionum partes* sic in eis habent, & disponuntur inter se, vt *tertiæ ipsarum*, aut vnum *duæ*; aut non vnum *altera*, sed aliud sit.

Vis Syllogistica in trium dispositione terminorum est: medij, & extremorũ.

5 Omnia constabunt paradigmate. En *syllogismum*, cuius analyses terminos ciiquirimus. *Omnis homo est animal. Omne rationale est homo. Ergo omne rationale est animal.* Tribus (quod clarè vides) constat partibus. Tribus, inquam, *enuntiationibus perfectis.* ¶ *Duæ priores* obinde sanè *propositiones* appellantur, quòd propositæ sint ad inferendum. Obinde *tertia conclusio* dicitur, quòd ex *duabus propositis* infertur.

Ecce *propositiones*, in quas *syllogismus*, primò omnium ab *arguente* factus, illicò à *respondente* resoluendus est. ¶ Superfunt *propositiones* in proximas partes resoluendæ, quò *syllogismus* iam inde vltimò resolutus omnino censeatur.

Componit arguens: resoluit, qui respondet.

6 Par-

6 *Partes* autem *proximæ duarum propositionum syllogismi* nec plures tribus, nec tribus pauciores, futuræ sunt. Videre istud est, in *syllogismo facto*: cuius *propositiones* ex tribus dũtaxat *partibus* compactæ sunt. *Homo*, scilicet, *animal*, & *rationale*.

Istæ sunt *partes*, quas Aristoteles *terminos* vocat *analyseos*. Obinde sanè hoc, quòd *resolutio syllogismi* sic planè in eis terminatur, consistit, & finitur, vt, quò *syllogistica vis* respondenti, aut resoluenti noteat, ne opus vltrà sit, *particulas partium* explorâre. Namque (dicebam nuper) *tota vis illatiua syllogismi*, quæ in *resolutione priori* examinatur, ne aliâs quidem; sed in *sola dispositione trium* peruestiganda erit.

7 Rursus, quæuis trium pars, quæ in vtrâque simul, alteráve *propositionum* est, vel *supponitur* verbo, vel *apponitur*. Vocatur *subiectum*, dum supponitur; dum apponitur autem, *prædicatum*. Non vtique, quòd *subijciatur ipsa*, aut *prædicetur*; sed, quòd pro alte-

alterutro eorum supponatur. Illud enim solùm, cùm enuntiamus, subijcimus prædicato, de quo vel *hoc* affirmamus, vel negamus. *Prædicatur* autem de *subiecto*, quicquid de *hoc* affirmatur, vel negatur. Constat autem, de *supposito verbi* nec *appositum* dici, nec negari. Id profectò, quod (aliàs falsum) semper verum erit, in *propositione doctrinali*. Non enim huius enuntiationis *homo est animal*, hic sensus erit, *vox homo* est *vox animal*; sed iste potiùs, *res significata voce homo, est vnum re ipsâ, cum re significata voce animal.*

8 Ecce, in *propositione syllogistica*, doctrinalis ea modò sit, *rem rei* subijcimus, istam de illa prædicantes; non vocem voci, appositam de supposita dicentes.

Quinq; consectaria.

Ecce, *partes proximæ duarum propositionum syllogismi*, rerum, quas significant, obinde sunt nomina sortitæ, quòd *voces pro rebus supponamus.*

Ecce, *partes proximæ duarum* pro-

propositionum syllogismi obinde sunt *termini* vocatæ, quòd *summi* sunt *fines analyseos*.

Ecce *doctrinam Aristotelis*, quam vix attigeris, cùm crediturus fueris, *nostrates expositores analyticon* tam longè abesse, vt *terminum Aristotelis* finierint, vt ipsum potiùs exterminârint, ab scholis.

Ecce iam patet, quid illis intenderit Philosophus. *Terminum voco, in quem resoluitur propositio: vt prædicatum, & de quo prædicatur.*

9 Breui exponamus, quæ subiecit. Sunt ea hæc. *Apposito, vel separato, esse, vel non esse.*

His ergo Princeps vnum subtiliter attendendum innuit. Scilicet, *duas propositiones syllogismi* eâ solâ ratione in tres suas partes *resoluendas* esse, quà *partes* sunt syllogismi, qui resoluitur; non autem, quà *termini* sunt *resolutionis*. Constat autem, *tres partes proximas duarum propositionum syllogismi*, ne aliô quidem partes fieri, quam

Resolutio simulcōstituit terminos, & respicit partetres o luti.

interiecto verbo, quô nectuntur. Sunt enim actu partes, quandiù *rem suppositæ rem esse appositæ* proferimus: aut non item; sed non *esse*, èconuersò pronuntiamus. Quî hoc sine verbo præstarêmus?

Apponimus *esse*, quando affirmamus *verbo substantiuo*: vt *homo est animal*. Apponimus *non esse*, quando negâmus *ipso*: vt *non est animal*. ¶ Separâmus *esse*, dum *verbo adiectiuo* rem annuimus: vt *homo currit*. Separâmus *non esse*, qui inficiamur: vt *non currit*. Hæc ista implicant. *Apposito, vel separato, esse, vel non esse*. Namque *verbum substantiuum* tunc separari videtur Aristoteli, cùm *rem esse*, vel *non esse*, ne ipso quidem; sed *verbo adiectiuo* interpretamur.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

DE ORATIONE.

1 ARISTOTELES 1. libro peri-hermenias, cap. 4. sic *orationem* definiuit. *Oratio est vox significans ad placitum, cuius partium aliquid separatum significat*. Primùm *oratio* in eo cum *nomine*, *verboque* conspirat, vt sit *vox* ex instituto hominum *significans*. Discrepat ab eis, quia in compositione *nominis*, & *verbi* nulla prorsus vox est, quæ, si ab alijs fortè separetur, idem significet per se, quod significabat copulata. ¶ In *oratione* igitur *nonnulla* minimùm *vocula* inuenietur, quæ, quod intra, idem omnino designet extra.

2 *Oratio* autem duplex est: *Perfecta*,

fecta, & *imperfecta*. *Oratio perfecta* illa est, *in qua integer sensus continetur.* Is scilicet, qui nec mẽtem suspendat, nec aliud audientem expectâre cogat: vt *Deus est.* ¶ *Imperfecta* est, *in qua mutilus sensus continetur.* Is scilicet, qui, animum audientis suspensum tenens, quippiam eum amplius expectâre cogit: vt *Deus, qui.*

3 *Orationis imperfectæ* tam multæ sunt partes, & species, vt nequeant à nobis computari. Possunt namq; voces infinitis modis complicari, quin sententiam compleant. ¶ Sed *perfectæ* quinque sunt partes. *Enuntiatiua, imperatiua, deprecatiua, vocatiua, & interrogatiua.* ¶ *Enuntiatiua* est, vt *Deus est optimus.* ¶ *Imperatiua* est, vt *Petre fac ignem.* ¶ *Deprecatiua*, vt *miserere nobis.* Ad hanc reducitur & *optatiua*, vt *vtinam viuamus.* ¶ *Vocatiua*, vt *ò, bone Deus.* ¶ *Interrogatiua*, vt *quid est homo.* Ad hãc reducitur *dubitatiua*, vt sintnè Antipodes.

CA-

CAPVT TERTIVM.

DE ENVNTIATIONE.

1 ORATIO perfecta duplex est: *enuntiatio*, & *non enuntiatio*. Aristoteles 1. libro *peri-hermenias*, capit. 4. sic *enuntiationem* definiuit. *Enuntiatio est oratio, in qua, verum, vel falsum est*. Hæc autem (dum loquamur propriè) tunc solùm *propositio* nominanda erit, *cùm proposita sit ad inferendum*.

Hinc *enuntiatio* duplex est: *vera*, & *falsa*. ¶ *Vera* dicitur, quòd id, quod enuntiat, ita sit. *Falsa* verò, quòd non id, quod enuntiat, ita est. ¶ Exempla *vera* sunt. *Homo est animal*: *homo non est lapis*. Sunt exempla *falsæ*: *Homo est lapis*: *homo non est animal*.

Ora-

Oratio non enuntiatio illa contrà est, *in qua ne quidem verum, neque falſum eſt*. Exempla ſunt. *Parce nobis Domine: miſerere noſtri.*

2 Rurſus, *enuntiatio* duplex eſt: *categorica*, & *hypothetica*. Ariſtoteles, 1. lib. de *priori analyſi*, *capite priori*, ſic *categoricam* finiuit, *Oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo*. Perinde ſunt hæc, ac ſi dixiſſet. Illa *enuntiatio categorica*, *ſimplex*, aut *prædicatiua* cenſeatur, *in qua quippiam de aliquo affirmamus*: *aut* non item profectò; ſed negamus. Exempla ſunt. *Homo eſt animal*, *homo non eſt animal*. ¶ *Hypothetica* dicitur, quæ *affirmat vtique, vel negat*; *non tamen aliquid de aliquo*. Exempla ſint. *Si ſol luceret, dies eſſet*: *currit, ergo mouetur*. ¶ Id autem, quod dicimus, ſcilicet, in *enuntiatione hypothetica*, & *compoſita*, *nihil de aliquo enuntiari poſſe*, intelligendum eſt *ratione ſui*. Namque, ratione *partium*, ſæpiſsimè contingit, vt quip-

piam de aliquo enuntiemus. Toties, ſcilicet, quoties ex *categoricis* illam coagmentámus. Exempla ſunt. *Socrates legit, & Plato audit: ſol lucet, & dies eſt.*

3 Deinde, *enuntiatio categorica* quadruplex eſt: *vniuerſalis, particularis, indefinita, & ſingularis.* ¶ *Vniuerſalis* eſt, quæ conſtat *ſuppoſito communi*, affecto inſuper ſigno vniuerſali: vt *omnis homo eſt animal, nullus homo eſt animal.* ¶ *Particularis* eſt, quæ illo conſtat *ſuppoſito communi*, quod ſigno particulari affectum eſt: vt *aliquis homo eſt animal, aliquis homo non eſt animal.* ¶ *Indefinita* eſt, quæ conſtat ſanè *ſuppoſito communi*; illo tamen, quòd ne vniuerſali quidem, nec particulari ſigno affectum eſt: vt *homo eſt animal, homo non eſt animal:* ¶ *Singularis* eſt, quæ *ſuppoſito* conſtat *ſingulari*: vt *Socrates currit, hic homo eſt albus.*

Signum ſuppoſiti communis duplex

plex est: vniuersale, & particulare. Sunt signa vniuersalia: *omnis, nullus, quilibet*. Particularia sunt: *vnus, quidam, aliquis*.

4 Prætereà, *enuntiatio hipothetica* quintuplex est: *copulatiua, disiunctiua, conditionalis, causalis, & rationalis*. Nominantur omnes ex *coniunctionibus*, quibus partes earum copulantur. ¶ *Coniunctiones* autem quinque sunt. Copulatiua, vt *&*: disiunctiua, vt *vel*: conditionalis, vt *si*: causalis, vt *quia*: rationalis, vt *ergo*.

5 Demum *enuntiatio* in *communi* duplex est: *affirmatiua*, & *negatiua*. *Affirmans* est, cùm *principalis copula* nullâ omnino negatione affecta est: vt *homo est animal: Socrates legit, & Plato audit*. ¶ *Negans* est, dum *copula præcipua* aliqua vsquam negatione affecta sit: vt *homo non est animal*: non *Socrates legit, & Plato audit*. ¶ Illa autem *princeps enuntiationis* copula existimanda

 erit,

erit, qua *proxima*, & *immediatæ partes* copulantur. Erunt huiusmodi: *verbum* in simplicibus; *coniunctio* in alijs.

CAPVT QVARTVM.

DE DEFINITIONE.

1 DEFINITIO *logica* sic solet vulgò definiri. *Definitio est oratio explicans naturam, aut proprietatem rei.* ¶ Illa explicat naturam rei, quæ partes explanat essentiales: genus, scilicet, & differentiam; vt *animal rationale.* Illa explanat proprietatem rei, quæ explicat genus *definiti*, accidénsque reciprocum: vt *animal aptum ad ridendum.*

Hinc *definitio* duplex erit: *essentialis*, & *accidentalis*. ¶ Aristoteles 2. lib. Posteriorum, cap. 10.

&

& 1. lib. Topicorum, capite 4. sic *essentialem* definiuit. *Definitio essentialis* est *oratio ipsum, quod quid erat, esse significans*. Perinde sunt hæc, acsi dixisset. *Definitio essentialis* illa solùm oratio existimanda erit, quæ ne *proprietatem* quidem; sed *essentiam* explicat: vt *animal rationale*. Est *essentia*, qua res est, quod est, vt *humanitas*: *proprietas* verò, qua aliud insuper, vt *risus*. *Essentia* autem, & *proprietas* sic connectuntur inter se, vt neutra inueniatur sine altera.

2 Ratio postulat, vt post *definitionem* de *definito* ipsius differamus. Namque *definitio*, & *definitum* ita vicissim comparantur, vt, quod vtrumuis est, alterius sit. Est ergo *definitum*, cuius est *definitio*. Illud, scilicet, *cuius naturam, proprietatemue in definitione ipsa declaramus*. Verbi gratia. *Proprium definitum huius definitionis animal rationale* haud dubium est *homo*. Homo namque est, cuius *naturam* expli-

plicamus. Idem pariter dicendum est, in hac descriptione *animal aptum ad ridendum*. Est enim homo, cuius *proprietatem* explanamus.

3 Quatuor sunt *praecepta* rectè, & artificiosè definiendi. ¶ *Primum, & potissimum* est, vt *definitio & proprium genus, & reciprocam differentiam definiti* explicet: vt *animal rationale*: *animal aptum ad ridendum*. *Illud genus* est, in quo *species* ipsa definita essentialiter conuenit cum aliis: *illud differentia*, in quo perfectè discrepat. Verbi gratia. Est genus *animal*: illud quippe est, in quo *homo* essentialiter conuenit cum *brutis*. Est *rationale* differentia: illud quippe est, quo *homo* à brutis necessariò differt. ¶ *Secundum praeceptum* est, vt *definitio* ita sit propria *definiti*, vt mutuò cum illa conuertatur. Tunc autem *duo* mutuò conuerti, aut reciprocari inuicem dicuntur, cùm vtrinque valet consequentia: vt *est homo, ergo est animal rationale; est animal ratio-*

nale

nale, ergo est homo. ¶ *Tertium præceptum* est, vt *definitio* breuis oratio, atque succincta sit. Non quidem eâ breuitate, quæ *obscuritatem* pariat; sed, quam *perspecuitas* patietur. Vitium ergo erit, si longior, ac prolixior *definitio* fuerit, quâm vt teneri facilè memoriâ queat. ¶ *Quartum præceptum* est, vt in *definitione* nihil omnino desit, nec supersit. Deficiet aliquid, si quippiam *generis*, aut *differentiæ* supprimamus. Contingeret vtrumque, quisquis *hominem*, aut *viuens rationale*, aut *animal mortale* definire vellet. *Sensitiuum* illic, *rationale* isthic suppressurus esset. Redundabit autem, si vel *vllum* eorum repetamus, vel adijciamus *vllum*. Contingit *primum*, in hac *definitione* nugatoria, *animal rationale sensitiuum*. Continget *secundum*, si dicamus, *animal rationale dialecticum*. Namque superfluit *dialecticum*: cuius culpâ minùs quidem *homo* definitionem repetit. Non enim, quid-

quid homo est, dialecticum esse, necessarium est.

CAPVT QVINTVM.

DE DIVISIONE.

1 DIVISIO *logica* nihil aliud esse putanda est, quàm *oratio perfecta, in qua totum confusum prædicabile dispertimur in partes*, vel subiecta. Diuidimus namque, cùm ita loquimur: *Animal aliud est rationale, aliud brutum : corpus aliud est album, aliud nigrum*. Est *totum predicabile*, quodcumque *vniuersale*, possit verè de multis affirmari: vt *animal*, & *corpus*. Sunt partes *subiecta ipsa*, quæ sub *vniuersali* continentur: vt *homo*, & *brutum*. Hinc fit, vt in *vniuersa diuisione duo* minimùm reperienda fuerint: *diuisum*, & *partes*.

tes. *Illud totum predicabile diuisum* dicitur, quod nos dispertimur in subiecta: vt *animal*, vel *corpus*. Dicuntur *partes subiecta illa*, in quæ prædicatum commune dispertimur: vt *homo*; & *brutum*; *candidum*, & *atrum*. ¶ Nec lateat vllum, *partes diuisi*, aut *diuisionis* (vsu illud, vel abusu fiat) *membra* esse *diuidentia* vocitari *solitas*.

2 Quatuor sunt *præcepta* rectè, & artificiosè diuidendi. ¶ *Primum*, *& potissimum* est, vt *diuisum* verissimè dicatur de *qualibet parte*, in quam diuiditur. Sic *animal* rectè diuiditur in *hominem*, & *brutum*: verè quippe de quouis eorum prædicatur. ¶ *Secundum præceptum* est, vt *diuisum* lariùs pateat, quàm *singulæ partes diuisionis*. Id profectò, quod ne quidem minùs certum est, quàm, *omne totum futurum esse maius suà parte*. ¶ *Tertium præceptum* est, vt *nulla pars diuisi* sit *pars alterius*. Perinde sunt hæc, acsi dicamus. *Nulla pars diuisi* debet sub

alia

alia contineri. Haberent aliter, ſicut *ſuperius*, & *inferius*: proindèque nihil *illa* adderet *diuiſo*, quod iſta non repeteret. ¶ *Quartum praeceptum* eſt, vt *partes diuiſi*, aut re diſtinguantur, aut ratione. Opponuntur re, ſi nequeant vllo modo in eàdem re conciliari: vt *homo*, & *brutum*; *candidum*, & *atrum*. Opponuntur ratione, quando, licèt in vna, & eàdem re conciliari poſſint: eſt tamen *ratio eorum* vſque adeò multiplex, vt *res illa*, *quæ rationi* eſt vna, ne eàdem quidem, & alia ſit. Verbi gratia: Diuiſum fuit *bonum* à Philoſophis, in *honeſtum*, *iucundum*, atque *vtile*. Cohærent hæc tria, in vna rerum: in actione virtutis. At *actio* iſta, nec, vt honeſta eſt, iucunda erit; nec, vt altera, vtilis.

C A-

CAPVT SEXTVM.

DE CONSEQVENTIA.

C 1 CONSEQVENTIA *logica* nihil aliud esse putanda est, quàm *oratio perfecta, vnum ex alio neceßariò consequi, significans*: vt currit, ergo mouetur.

Tria, vt minus, in *consequentia* designantur. ¶ Est *primum* illud, quo posito, aliud quoque necessariò ponitur: vt *currit*. ¶ *Secundum* est, quod nequit non poni, priori posito: vt *mouetur*. ¶ Connexio sit *tertium*, vel necessitas; qua *secundum* cum *primo* colligatur. *Hæc* est illa, quam *coniunctione illatiua* designamus: vt *si*, *ergo*, *quia*. Namque ad *consequentiam Logicorum* non certè est *res connexas significare* satis.

tis. Etenim *coniunctum hoc Socrates currit & mouetur*, duo certè enuntiat, quorum *altero existente*, & esse *alterum*, necessum est. Proinde tamen nullo prorsus modo *consequentia* est, quòd *connexionem*, aut *necessitatem istam* non significat.

Hinc nascitur, vt in *consequentia Logicorum* tria necessario constituenda fuerint. Sunt ea hæc. *Signum* eius ex quo, aliud sequitur: *signum* eius, quod sequitur ex alio: & *signum* connexionis. Antecedens *primum*: consequens *alterum*: vocamus *tertium* notam illationis.

At *nota connexionis* (coniunctionem eam illatiuam vocant) triplex tantùm est: conditionalis, vt *si*: causalis, vt *quia*: *rationalis*, vt *ergo*. ¶ Triplex itidem *consequentia* erit: *conditionalis*, *causalis*, & *rationalis*. Exempla sunt. Si *currit*, *mouetur*: *quia currit*, *mouetur*: *currit*, *ergo mouetur*.

2 *Consequentia* deinde duplex est: *materialis*, & *formalis*. *Materialis*

lis dicitur, cuius dispositio ea est, quæ solum teneat in aliqua materia. Talem profectò *consequentiam illam* nominâmus, quæ, eamdem omnino dispositionem retinens, ex sola transmutatione rerum euanescit. Exemplo rem dilucidemus. Istæ sunt *consequentiæ materiales*. *Petrus currit, ergo mouetur: est homo, ergo est animal*. Euanescunt enim ex mutatione rerum, eâdem dispositione vocum permanente. Non enim consequitur. *Petrus currit, ergo legit: est homo, ergo lapis.*

Consequentia formalis ea est, cuius *dispositio* necessariò infert, in *quacumque materia* disputemus. Est ea huiusmodi, quæ illâ gaudet dispositione vocum, vt ex mutatione rerum non euâneat. Exemplum huius sit. *Omnis homo est animal: omne rationale est homo: ergo omne rationale est animal*. ¶ Ecce *consequentiam*, quæ rerum, aut vocum *eâ* certè *dispositione* constat, vt nequeat vllo modo ex *transmutatio-*

ratione earum euanefcere. Rectè namque fequitur. *Omnis homo eſt lapis : omnis equus eſt homo : ergo omnis equus eſt lapis.*

3 *Vnum* tibi (antequàm hinc difcefferim) explicare lubet. Quo, fcilicèt, pacto *antecedens*, & *conſequens* fefe in veritate, & falfitate habeant. Ergo *antecedens*, & *conſequens* (inquit Ariftoteles) quoàd veritatem, & falfitatem, ita fefe in *conſequentia* habent, vt, fi *antecedens* fit verum, tale etiam *conſequens* futurum fit; non tamen contrà, fi falfum fuerit *antecedens*, falfum & *conſequens* futurum erit. ¶ *Primum* vfqueadeò profectò verum eft, vt *ipſum ſit eſſe conſequentiæ*. *Secundum* fic monftro. Rectè fanè fequitur. *Currit*, *ergo mouetur*. Conftat verò, poffe aliquem moueri, quin neceffariò currat. Quo certè dato, falfum *currere*, verum eft *aliquem moueri*. Non ergo, quòd *antecedens conſequutionis* falfum fit, falfum inde *conſequens* futurum erit.

Id

Id profectò, quod in hoc *syllogismo* planum omnino citra dubium fiet. *Omnis homo est arbor: platanus est homo: ergo platanus est arbor.*

Possunt prætérea (docet Aristoteles) *antecedens* simul, atque *consequens* falsa esse. Splendet hoc in ista *consequentia*. *Homo est equus: ergo irrationalis*. Liquet etiam in isto syllogismo. *Omnis homo est equus: omnis lapis est homo: ergo omnis lapis est equus.* ¶ Hinc exortum fuit *tritum illud* Dialecticorum *axioma*. *Ex vero, non nisi verum: ex falso autem, aliquando verum; aliquando falsum.*

SECVN-

SECVNDA PARS LIBRI DE TERMINO IN SPECIE.

EGIMVS hactenus de *termino* in communi, quò *differentias* eius faciliùs deinceps disquiramus. At *differentiæ terminorum* necunde vberiùs, quàm ex *significatione eorum* desumuntur. Quocircà, vt *speciales significationes* facilius in ipsis perscrutemur, *generalem rationem signi* definituri sumus.

CAPVT.

CAPVT PRIMVM.

DE SIGNO IN COMMVNI, ET SIGNIFICATIONE IN VNIVERSVM.

1 IDEM omnino *significare* sonat, quod *signum esse*. Sciemus igitur; *quidnam significare sit*, si *notam*, & *signum* definiamus. ¶ Augustinus 2. libro de *doctrina Christiana*, cap. 1. sic fermè *signum* definiuit: *Signum est, quod, præter speciem sui, quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire*. In libro de *principijs Dialecticæ* nonnihilo clariùs loquutus est. Sic enim scripsit. *Signum est, quod & se ipsum sensui, & præter se, aliquid aliud ostendit animo*. Perinde sunt hæc, acsi dixisset. *Signum* est res sensibilis, quæ, suam per sensus cognitionem inge-

 rens,

rens, *alterius rei notitiam* confestim excitat. Sic, *viso fumo*, adesse ignem, *cinere* verò, præcessisse noscimus.

2 At *signum* duplex est: *naturale*, & *ad placitum*. *Naturale* dicitur, quod pertrahit nos in cognitionem rei: ne *impositione* quidem hominum; sed naturâ ducente: vt *fumus*, & *cinis*. Dicitur *ad placitum*, quod pertrahit nos in cognitionem rei: non vtique *natura*; sed voluntate hominum: vt *cymbalum*, & *tuba*.

Postremò, *signum hoc*, quod ex *instituto hominum* significat, duplex est: *doctrinale*, & *non doctrinale*. Illud vocatur *doctrinale*, cuius interuentu, aut docemus alios, aut discimus ab eis: vt *voces*, & *scripta*. *Indoctrinale* dicitur, quod non *doctrinis*; sed aliarum rerum *cognitioni* seruit: vt *tinnitus*, & *clangor*.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

DE TERMINO IN ACTV, ET IN PO-TENTIA.

1 TERMINVS in primis duplex est: vnus *in actu*, alter *in potentia*. ¶ *In actu* dicitur, cùm actu terminat *resolutionem syllogismi*. ¶ Dicitur *in potentia*, cùm promptus est, vt *syllogismi analysim* terminare possit; nondum tamen *illam* actu terminat.

2 Hunc statum habet, quandiu positus est in *propositione syllogistica*. Est enim aptus, idque proximè, vt *syllogismus factus* vltimò in eum resoluatur. Quòd si quandoque accidat, vt, ne quidem in *propositione sillogistica*; sed vel in *enuatiatione*, vel

extra omnem ſermonem proferatur, exinde ſolùm *terminus* appellandus erit, quòd capax ſit remotè, quò, in *ſyllogiſmo* prius collocandus, *analyſim*, & *reſolutionem* eius terminarit. ¶ Hoc etiam ſenſu, *omnem enuntiationem propoſitionem* vulgò nominamus. Non actum, ſcilicet; ſed *potentiam ad formam*, exhibentes.

CAPVT TERTIVM.

DE TERMINO SIGNIFICATIVO, ET NON SIGNIFICATIVO.

1 TERMINVS rurſum duplex eſt: *ſignificatiuus*, & non *ſignificatiuus*. Dicitur *ſignificans*, ſi quippiam ſignificat audienti, pro quo in humano ſermone ſupponatur: vt *homo*, & *animal*. *Non ſigni-*

significans dicitur, si nihil significat audienti, pro quo in oratione possit subrogari: vt *blytiri*, *scindapsus*.

2 Constat autem, in loquutione humana *eas solas voces* pro rebus ipsis significatis collocari posse, quæ ex *instituto hominum* significant.

CAPVT QVARTVM.

DE TERMINO COMMVNI, ET SINGVLARI.

1 TERMINVS præterea duplex est: *communis*, & *singularis*. *Communis* est, qui significat multa: vt *homo*, & *animal*. *Singularis* est, qui *vnicum* dumtaxat; vt *Socrates*, & *Plato*.

2 Rursus *communis* duplex est: *transcendes*, & *limitatus*. ¶ *Transcen-*

cendens est, qui vniuersa significat cõpletè: vt *res*, & *ens*. Nihil enim in rebus quoquòmodo nosci, aut cogitari potest, quod *nomine entis* non vocetur. ¶ *Limitatus* est, qui minùs his patet: vt *homo*, & *equus*.

Sex voces sunt, quæ *transcendentes* vulgò nominantur. *Res*, *ens*, *verum*, *bonum*, *aliquid*, & *vnum*. Notant eas hac voce vulgari *reubau*. Tot quippe constat litteris, quot *voces* sunt, *quæ vniuersa transcendunt*, & *significant*.

3 *Terminus* deinde singularis quadruplex est: *determinatus*, *ex demonstratione*, *ex hypothesi*, & vagus. ¶ *Determinatus* dicitur, qui vnicam dumtaxat, eamque definitam, rem significat: vt *Socrates*. ¶ *Ex demonstratione* dicitur, qui constat nomine communi, & pronomine demonstratiuo: vt *hic homo*. ¶ *Ex hypothesi* dicitur, qui vnicam dumtaxat rem significat: non vtique absolutè; sed, *facta suppositione*, ve *hypothesi*: vt *Sophronisci filius*. Significat *Socratẽ*: vt-

pote

pote supponimus, *hunc solum filium Sophronisco fuisse*. ¶ *Vagus* dicitur, qui vnicam dumtaxat rem significat; sed indefinitam, & incertam: vt *quidam homo*.

CAPVT QVINTVM.

DE TERMINO SYNONYMO, HOMONYMO, ET PARONYMO.

1 TERMINVS *communis* triplex est: *synonymus*, *homonymus*, & *paronymus*. Vocant eos vulgò, *vniuocos*, *æquiuocos*, & *denominatiuos*.

Sed antequàm *diuisionem hanc termini* enodemus, quoddam notatu dignum præmittendum erit. Philosophum, scilicet, earum rerum, quas vocibus signâmus, *quasdam synonymas*, *quasdam homony-*

mas, *paronymas alias* nominasse.

Vocat *synonymas*, quæ vnius sunt *vocis*, *vnam in eis essentialem rationem designantis*. Sic *Petrus*, & *Paulus*, prout hac voce *homo* designantur, *synonymi* dicuntur. Significantur enim istâ voce, sub illa ratione, quam in *definitione hominis* exprimimus. *Ratio* autem *hominis*, quam in definitione ipsius explicamus, & vna est, & essentia is omnibus. Quo certè fit, vt *Petrus*, & *Paulus* ad hanc vocem *homo* comparati, *synonymi* veniant appellandi. Sunt namque *vnius vocis*, *vnam in eis essentialem rationem designantis*.

Vocat *homonymas*, *quæ vnius sunt vocis*; *diuersas tamen essentiæ rationes designantis*. Sic *homo verus*, & *homo pictus*, prout hac voce *homo* designantur, *homonymi* dicuntur. Namque vox *homo* eam rationem significat in *vero*, quæ & essentialis est *viuentibus*, & vna in omnibus; significat in *picto* rationem *Iconis*, vel *imaginis*, quæ & essentialis est *picturis*,

&

& vna in omnibus. Quo certè fit, vt *verus*, & *pictus*, ad hanc vocem *homo* comparati, *homonymi* veniant appellandi. Sunt namque *unius vocis, diuersas in eis essentiales rationes designantis.*

Vocat *paronymas*, quæ sumunt *quidem nomina ex alijs rebus; sed neque prorsus eadem, neque omnino diuersa.* Etenim *nomina rerum denominatarum* tam vicina quidem *nominibus rerum denominantium* futura sunt, vt *vltima* tantùm syllabarum *cadentia* discrepatura sint. ¶ Sunt ergo paronyma, *album, nigrum, forte.* Sumunt nanque nomina, ab *albore, nigrore*, & *fortitudine.* Vt vides, tamen, *vtrorumque nomina* (denominatorum, scilicet, & denominantium) *postremo tantùm syllabarum exitu, aut desinentia differunt.*

2 His prælibatis, *præmissam diuisionem termini expedire*, ne laboriosum quidem futurum erit. Quòd, scilicet, *ille solus* futurus sit termi-

nus

nus *synonymus*, qui res *synonymas*; *homonymus*, qui *homonymas*; ac demum *paronymus*, *quis res ipsas paronymas*, significet.

CAPVT SEXTVM.

DE TERMINIS HOMONYMIS.

1 TERMINVS homonymus (æquiuocus vulgò nominatur) duplex est: à *casu*, & à *consilio*. ¶ A *casu* dicitur, qui multa significat: ne prouidenter quidem; sed fortuitò: vt *Aiax*, & *Gallus*. Casu namque contigit, vt, quo nomine Oileus, eodem Telamonius; &, quo *auis*, eodem omnino Francus vocaretur. ¶ A *consilio* dicitur, qui multa significat: non vtique fortè; sed consultò: vt *canis*, & *fanum*. Consiliô namque factum fuit,

fuit, vt, quo nomine *viuens*, eodem *sidus*; & quo *animal*, eodem *pharmacum*, *diætam*, & *lotium* dicerêmus.

2 Rursus, *terminus homonymus à consilio* duplex est: *analogus*, & *ad vnum*. ¶ *Analogus* dicitur, qui translatus est ad multa, propter analogiam, proportionem, & quasi similitudinem eorum: vt *canis*, *pes*, *risus*. Proinde namque *piscis canis*, *fulcrum pes*, *viror prati risus* appellantur, quòd sint res subsimiles. ¶ *Ad vnum* dicitur, qui obinde solùm translatus est ad cætera, quòd *quippiam* sint *prioris*: vt *medicinale*, & *sanum*. Significat namque *medicinale*, præter eum virum, qui *medicinam* didicit, illum etiam, *qui propensus* ad ipsam; *opus* etiam, & *instrumentum* artis: vt *cauterium*, *vas*, & *cataplasma*. Significat *sanum*, non solùm *animal*; sed & *medicinam*, *diætam*, & *vrinam*. *Vox* autem hæc, ab *animali* in cætera proinde citra dubium translata fuerit, quòd efficiat

vna

vna sanitatem, conseruet *altera*; significat *postrema*.

CAPVT SEPTIMVM.

DE TERMINO CONCRETO, ET ABSTRACTO.

1 TERMINVS præterea duplex est: *concretus*, & *abstractus*. ¶ *Concretus* dicitur, qui *significat habens exprimendo formam, & confundendo reliquum*: *vt animal*, & *album*. Sic *vox animal* significat *animal*, quod nos *habens animalitatem* apprehendimus. Sic *vox album* significat *album*, quod *habens albedinem* re ipsâ est. ¶ *Abstractus* dicitur, qui solùm significat *habentis formam*: vt *animalitas*, *albedo*. Non enim *animalitas*, ita significat *communem rationem animalis*, vt confundat reliquum; sed perinde omni-

omnino, acsi *forma hac* nusquam non extra *animal habens* substitisset. Pariter *albedo* non ita significat *physicam formam corporis*, *vt albi*, vt confundat corpus; sed perinde omnino, acsi *forma hæc* nusquam non extra *subiectum habens* substitisset. Et inde solùm *nomen abstracti* sortitus est. Quòd, scilicet, perinde *formam habentis* significare videatur, acsi abstracta ab *habenti* permaneret.

2 Rursus, *concretus* duplex est: *physicus*, & *metaphysicus*. ¶ *Physicus* dicitur, quoties *forma explicita* re-ipsâ distinguitur à reliquo: vt *materiale*, *album*. *Vox* namque *materiale*, quæ pro *materiam habenti* substituitur, formam implicans, *solam materiam* citra dubium explicat. Constat autem, *materiam*, & *formam* re ipsâ distingui in *materiali*. *Vox* quoque *album*, quæ pro *habenti albedinem* supponitur, corpus ipsum implicans, *solam albedinem* citra dubium explicat. Constat autem,

tem *albe linem explicitam* re ipsâ distingui ab *inuoluto*. ¶ *Metaphysicus* est, quoties *forma explicita* vnum re ipsâ est, cum residuo implicito: vt, *homo*, & *animal*. Namque *vox homo*, quam pro *humanitatem habenti* substituimus, *materiam metaphysicam singulorum implicans*, *solam formam* declarat *metaphysicam*. Constat autem, *humanitatem abstractam in hominibus* vnum esse re ipsâ, cum *peculijs*. *Vox* quoque *animal*, quam pro *animalitatem habenti* subrogamus, differentias speciales animalium implicans, *solam rationem animalis* explicat. Constat autem, *præcisam rationem animalis* vnum esse re ipsâ *differentijs*.

3 Pariter *abstractus* duplex est: *physicus*, & *metaphysicus*. ¶ *Physicus* dicitur, si *habentis forma*, *termino abstracto designata*, re distinguatur ab *habenti*: vt *albedo*, & *nigredo*. Erit *metaphysicus*, si non re distinguatur; sed ratione: vt *humanitas*, & *animalitas*. ¶ Hallucinantur

tur multi, cùm inſcitè putant, *concretum*, & *abſtractum metaphyſica* hòc ſolò diſtingui inter ſeſe: vt *illud ſuppoſiti*; *iſtud* verò *naturæ*, *ſignum* ſit. De hoc tamen opportuniùs aliàs.

CAPVT OCTAVVM.

DE TERMINO SVBSTANTIVO, ET ADIECTIVO.

1 TERMINVS *concretus* duplex eſt: *ſubſtantiuus*, & *adectiuus*. ¶ *Subſtantiuus* dicitur; cuius *explicitus ſignificatus*, vel *formalis*, ne adiectus quidem *illi* eſt, pro quo in *oratione noſtra* ſubrogatur: vt *homo, animal*. Non enim *ratio hominis* adiecta eſt *homini*, nec *ratio animalis animali*; ſed vnum ei. Vt enim *incluſum* ne includenti quidem adiectũ eſt: ſic *indiſtinctũ* ei, cui *vnũ* fuerit. *Homo* ergo, & *animal*, quippe nihil omnino adijciũt rebus, pro quibus

bus in *oratione* supponuntur, ne vtique adiectiuè; sed *substantiuè* solùm, designarint. ¶ *Adiectiuus* dicitur, cuius *explicitus significatus*, vel *formalis*, adiectus re ipsâ *illi* est, pro quo in *oratione nostra* substituitur: vt *album*, & *nigrum*. Est enim *albedo* adiecta *ei*, pro quo *vox ipsa album*, *paronymè sumpta*, *subrogatur*. Namque *vox album paronymè sumpta*, etsi *albedinem* exprimat: non tamen supponitur pro *illa*, vt perspicuum est.

Album constitutum.

2 Pro qua rerum supponi dicenda fuerit? Pro *tertionè*, quod, *inchoatum corpore*, *albedine ipsa* constituitur? Minimè profectò. Quod falsissimè ita diceremus, *corpus esse album*. *Totum*, inquam, *physicum* de altera parte prædicantes. ¶ Superest ergo, vt pro *corpore* tantùm sufficiatur, *cui albedo explicata* superadiecta est.

Album substitutum.

3 Ecce, *vniuersa nomina paronyma*, vt *adiectiua* sint, pro *nudis subiectis* substituenda sunt. Namque

E1. (quod

(quod Princeps fecit) siquandò *ipsa* pro *rationibus illis* poneremus, quæ ex substitutis, exquè superadiectis formis coalescunt: *hæc*, inquam, *nomina*, ne *paronyma* quidem; sed *synonyma*, forent Aristoteli. Quòd, penes illum, *res ipsæ synonymæ*, & *paronymæ* eòusque diffideant inter se: vt *illæ* propriè sint; id nominentur *istæ*, quod non sunt. Vtras Princeps in categorias rerum digessisset?

In categorijs ne res parónymæ; sed synonymæ solùm, ordinantur.

4. Demum *adiectiui* duplex est: *intrinsecus*, & *extrinsecus*. ¶ *Intrinsecus* dicitur, qui *eam formam adijcit subiecto*, quæ intra ipsum est: vt *album*, *nigrum*. ¶ Dicitur *extrinsecus*, qui *eam formam* exprimit, quæ ne in subiecto quidem; sed extra ipsum est: vt *visum*, *tactum*. Explicant enim *visionem*, & *tactionem*; quæ non in *viso*, & *tacto*; sed in *videnti*, & *tangenti* necessariò sunt.

CAPVT IX.

DE TERMINO COMPLEXO, ET IN COMPLEXO.

1 TERMINVS prætereà duplex est: vnus *complexus*, alter *incomplexus*. ¶ *Complexus*, vtpotè vnum est cum *oratione*, sic certè debet definiri. *Vox instituto significans, cuius partium aliquid separatum significat*: vt *homo albus*. ¶ *Incomplexus* est, cuius nulla pars separata significat: vt *homo*, & *albus*.

2 *Incomplexus* deinde duplex est: *nomen*, & *verbum*. Hi autem in eo planè differunt: vt significet *nomen* sine tempore; *verbum* autem cum illo peculiariter.

3 Vnum hîc breui monendus eris. Penes Aristotelem, multùm, in-

quam,

quam, hæc tria discrepare: *significare tempus*: *significare in tempore*: & *consignificare tempus*, vel *cum tempore*. Vsque adeò certè, vt *duo priora* vel in nominibus passim reperiantur; *posteriora* verò proprissima verborum absque dubio sint. ¶ Tempus profectò *nox* significat, in tempore *cœna*: at verbum *cœnare*, dum tempus actionis consignificat, *ea proprietate cœnationem cum tempore significare* dicitur, quam in *verbis* dumtaxat internoscimus. In quo faciendo, ne *voces* quidem; sed *purgatissimæ aures*, consulendæ forent. Vix namque verbis *peculium verborum* dignoscemus.

CAPVT X.

DE TERMINO POSITIVO, ET REMOTIVO.

1 TERMINVS prætereà duplex est: *positiuus*, & *remotiuus*: ¶ *Positiuus* dicitur, quòd in natura rerum quippiam ponat: vt *homo*, *videns*. Dicatur *remotiuus*, qui remoueat aliquid ex rebus: vt *cæcus*, & *non videns*.

2 *Remotiuus* deinde duplex est: *priuatiuus*, & *negatiuus*. ¶ *Priuatiuus* dicitur, si à re ipsa capaci quippiam auferat: vt *cæcum*, & *surdum*. Namque *cæcum*, & *surdum* solùm dicuntur de animali, quod, visu carens, atque auditu, aptum tamen naturâ est, vt illos habeat. ¶ *Negatiuus dicitur*, cum res significata inepta est naturâ suâ, quò id ipsum habeat,

habeat, quod non habet: vt non *videns*, *non audiens*. Namque, pressè, propriéque loquentes, ne vsquam *lapidem* cœcum, & surdum appellabimus; sed *non videntem*, *non audientem*.

Habemus isthinc, quid sibi velit Aristoteles, cum inter *priuationem*, & *negationem illud* planè *discriminis statuit*: vt *illa* affirmatione; negatione *ista*, designetur.

Arist. 5 lib. phys. c. 2.

CAPVT XI.

DE TERMINO FINITO, ET INFINITO.

1 TERMINVS præterea duplex est: *finitus*, & *infinitus*. ¶ *Finitus* dicitur, quicumque non constat negatione: vt *homo*, *equus*. Et nominatur ita, quia certissimè finiat, quid significet. ¶ *In-*

finitus dicitur, qui *negatione* simul, atque *finito* constat: vt *non homo, non equus*. Et nominatur ita, quia nullatenùs finiat, quid significet. Namque, vt egregiè docuit Aristoteles, *tam significat, quod est, quàm, quod non est*. Quòd, præter hominem, *omnia non homo* necessariò sint.

Aristot. 1. lib. peri-Hermenias, cap. 2.

2 At *negatio* in præsenti duplex est: *nominis*, & *verbi*. ¶ *Negatio nominis* non transit vltra *nomen*. Non enim facit, vt *enuntiatio* neget; sed *eam* relinquit *affirmantem*. Patescit hoc, in his affirmationibus: *non homo currit*, *non equus legit*. ¶ *Negatio verbi* ea vi pollet, vt *enuntiationem* statuat *abnegantem*. Patescit hoc, in istis negationibus: *homo non currit*, *equus non est animal*. Est enim (aiunt) malignantis naturæ, omnia, quæ post se reperit, necessariò destruens.

CAP.

CAPVT XII.

DE TERMINO COLLECTIVO, ET DIVISIVO.

1 TERMINVS præterea duplex est: *collectiuus*, & *diuisiuus*. ¶ *Collectiuus* est, qui ita multa significare dicitur, vt de nullo diuisim affirmetur: vt *populus*, *gens*, *ciuitas*. Vocant *hoc* significare collectiuè: quòd huiusmodi *terminus* non tam significare plura videatur, quàm *collectionem* plurium. Non enim *quisque ciuium* est ciuitas; sed *conuentus* omnium. ¶ *Diuisiuus* est, qui ita multa significare dicitur, vt de quocumque diuisim affirmetur: vt *homo*, & *equus*. Neuter istorum de singulis seorsim verificari nequit.

CAPVT XIII.

DE TERMINO PRIMAE IMPOSITIONIS, ET SECVNDAE.

1 TERMINVS præterea duplex est: *primæ impositionis*, & *secundæ*. ¶ *Terminus primæ impositionis* ille iure dicitur, qui significat rem, propriùmue, aut accidens illius: vt *homo*, *ridens*, *currens*. ¶ Dicitur autem *secundæ impositionis*, qui significat vocem, propriùmue, aut accidens illius: vt *nomen*, *verbum*, *significo*, *declinor*.

2 Vocantur ita, quòd *homines res* primùm vocibus notarunt; *voces ipsas* secundò distinxerunt.

CAP.

CAPVT XIIII.

DE TERMINO REALI, ET NOTIONALI.

1 TERMINVS præterea duplex est: *realis*, & *notionalis* ¶ *Terminus rei* nominatur ille, qui *ratum* significat. Illud scilicet, quod vel actu est, vel esse potest. Sunt huiusmodi, *vniuersa illa voces*, quæ illas res significant, quarum *rata existentia* non repugnauit ab æterno: vt *Deus*, *homo*, *equus*. ¶ *Terminus notionis* appellatur ille, qui significat *fictum*. Illud scilicèt, *quod cogitatur esse*; ne tamen verè est, nec esse potuit. Sunt huiusmodi *vniuersæ illa voces*, quæ illa solum *figmenta* denotant, quorum *rata existētia* vel ab æterno quidem repugnauit: vt *genus*, *species*, *differentia*.

2 Hæc

2 Hæc sunt illa, quæ *entia rationis* nominamus: quæque toties fingimus, quoties *impossibilia* deprehendimus. Namque *ens rationis* (Aristotelem modò suspiciamus) *impossibile apprehensum*, definiendum est: vt *homo est equus*.

CAPVT XV.

DE TERMINIS IN NVMERO PLVRALI.

1 DVPLICES sunt termini: *pertinentes*, & *impertinentes*. ¶ *Pertinentes* dicuntur, qui *idonei* sunt ad *consequentiam*: vt *homo*, & *ridens*: *rationale*, & *equus*. Namque consequitur. *Est homo, ergo ridet*: est *rationale*, *ergo non est equus*. ¶ Dicũtur verò *impertinentes*, qui inepti sunt ad *consequentiam*: vt *album*, & dulce: *doctus*, & *bonus*. Non enim consequitur. *Est album*, *ergo*

ergo dulce : *non est album* ; *ergo non est dulce* : *est doctus*, *ergo bonus*: non *est doctus* , *ergo non est bonus*.

2 Rursus , *pertinentes* duplices sunt: *sequela*, & *repugnantia*. ¶ *Pertinentes sequela* nominantur, qui significant res , quarum vna , vel idem est alteri , vel connexa ei : vt *homo*, & *rationale* : *equus* , & *hinniens* . ¶ Sunt *pertinentes repugnantia*, qui significant res , mutuò sibi , & necessariò repugnantes: vt *homo*, & *equus*; *rationale*, & *hinniens*. Namque consequitur. *Est homo*, *ergo non est equus*: *est rationale* , *ergo non est hinniens*.

3 Deinde *pertinentes sequela* duplices etiam sunt : *conuertibiles*, & *non conuertibiles* . ¶ Dicuntur *conuertibiles*, qui *mutuam* efficiunt *consequentiam* : vt *homo* , & *rationale* ; *equus* , & *hinniens* . Sic enim sunt pares , & reciprocantur interse, vt vteruis ex altero sequatur . Propterea certè *reciproci* solent appellari.

4 Duplices *conuersi* præterea sunt :

syno-

synonymi, & *heteronymi*. ¶ *Sinonymi* dicuntur, qui eâdem significant, sub eâdem ratione: vt *ensis*, & *gladius*: *vestis*, & *tunica*. ¶ Dicuntur *heteronymi*, qui eâdem significant, sub ratione diuersa: vt *homo*, & *rationale*: *equus*, & *hinniens*.

5 Demum, *pertinentes repugnantia*: aut sunt oppositi, vt *homo*, *non homo*: aut *disparati*, vt *homo*, *equus*.

Deinde *oppositi*, aut sunt *contradictorij*, aut *contrarij*, aut *priuatiui*, aut *relatiui*. ¶ *Contradictorij* sunt, quotiescùmque *rem* vnus significat, *remotionem* alter: vt *homo*, *non homo*. ¶ *Contrarij* sunt, qui significant formas, mutuò sese ab eodem subiecto propulsantes: vt *album*, & *nigrum*; *calidum*, & *frigidum*. ¶ *Priuatiui* sunt, quorum vnus *habitum* significat, *priuationem* alter: vt *cæcus*, & *videns*; *scitus*, & *ignarus*. ¶ *Relatiui* sunt, qui duo significant, quorum *vtrumuis* alterius est, quod est: vt *pater*, & *filius*; *duplum*, & *dimidium*.

TERTIA PARS LIBRI DE AFFECTIBVS TERMINORVM.

1 ARISTOTELES 1. libro Elenchorum, cap. 1. illud profectò instituêbat, quod verum est. *Sophistas*, scilicèt, necunde vberiùs *cauillationes suas* postulare, quàm ex vario vsu, multiplicìq; *suppositione*, vel *acceptione vocum*. Sicut enim *lusores* (inquit Aristoteles) qui *calculos* sufficiunt pro *pecunijs*, nisi certò teneant, pro quo *lapillorum quisque* subrogetur, quàm primùm supputent, confundendi sunt: ita, qui disputant, nisi exploratum habeant, pro quanam re, quonamque pacto *vnaquæque dictionum* supponatur, quam citissimè quoque per-

perturbandi erunt. Non ergo abs fructu *vsus*, & *acceptiones vocum* expositurі sumus.

CAPVT PRIMVM.

DE SVPPOSITIONE TERMINORVM.

1 QVONIAM fieri nequit (docet Aristoteles 1. libro Elenchorum capit. 1.) vt res ipsas ferentes disputemus: cogimur exinde, vt *nominibus*, quæ notæ sunt, ac signa rerum, pro *rebus ipsis*, in *disputationibus* vtâmur. Nomine igitur *suppositionis* (loquamur; obsecro, cum Principe) nihil hîc aliud intelligimus, quàm *vsum*, & *acceptionem vocis*, *pro re ipsa*. Tunc namque, disputantes, *vocibus* vtimur pro *rebus*, cùm illas supponimus pro istis.

Exem-

Exemplo rem dilucidêmus. In hac enuntiatione *homo est nomen* vox vtique *homo* nullatenus supponitur. Non namque sensus est, *rem ipsam, hac voce homo designatam, esse nomen*; sed sensus est, *vocem hanc homo* nomen esse. Supponitur tamen in hac enuntiatione *homo currit*. Non namque sensus est, *vocem homo currere*; sed sensus est, *rem ipsam currere, quam* voculâ *homo* designamus. Necessum ergo est, vt *vox ipsa homo* in hac enuntiatione, quæ rerum est, ne ampliùs quidem pro *se ipsa*; sed pro *re designata, supponatur*.

Ecce, *vox homo* interdum supponitur pro re; interdum secùs. Vt supponi dicatur, non satis esse putandum est, pro se ipsa in oratione collocari; sed oportet insuper, vt pro alio, vel in locum alterius collocetur. Namque *supponi*, cum idem est, ac *suffici* (quod mediocriter Latinis constare potest) nusquam profectò de rebus illis affirmatur, quæ quomodocum-

documque alicubi ponuntur; sed de illis dumtaxàt, quæ pro alijs, aut in locum eorum subrogantur. ¶ Ecce *suppositio*, quam isthic cum Aristotele venamur, sic erit definienda. *Vsus*, *acceptio*, aut *substitutio vocis pro re ipsâ*.

2 At *suppositio vocis* duplex est: *propria*, & *impropria*. ¶ *Propria* dicitur, quandocùmque *vox* pro illa re sufficitur, quam significat propriè. ¶ *Impropria* dicitur, quandocùmque *vox* pro illa re supponitur, quam significat tropicè. ¶ Contingit *primum*, in hac enuntiatione: *Leo rugit*: vbi vox *Leo* pro *bestiarum Rege* substituitur. ¶ Contingit *alterum*, in illo Apocalypsis, *vicit Leo de tribu Iudâ*: vbi vox *Leo* pro *summo hominum*, & *Angelorum Rege* subrogatur.

3 Rursus, *suppositio vocis* duplex est: *simplex*, & *personalis*. ¶ *Simplex* dicitur, quandocùmque *vox* pro solo immediato significato substituitur. Videre hoc est, in his enun-

enuntiationibus. *Petrus est indiuiduum: homo est species: animal est genus.* Non enim *Petrus* supponitur pro *homine*, nec *homo* pro *animali*, nec *animal* pro *altero*. Essent aliter: *Petrus species*; *homo genus*; *animal vtrumque*. ¶ *Personalis* dicitur, quotiescùmque *vox* pro mediato etiam significato suo subrogatur. Videre hoc est, in his enuntiationibus. *Petrus currit*: *homo legit*: *animal mouetur*. Rectè nàmquè inferimus: currere *hominem*: *legere animal*; & vtrumque *aliquod*. Quòd, scilicèt, *hæc tria nomina*, in *tribus his enuntiationibus* subsumpta, tam compleré pro toto significato supponantur, vt nec trudant *superius*, nec *inferius*.

4 *Suppositio* deinde *personalis* duplex est: *communis*, & *singularis*. ¶ *Communis* dicitur, quando *terminus communis*, ne pro immediato solùm; sed pro integro significato, substituitur. Scilicet, pro superiori, & inferiori. Sic vocem *homo* substi-

tuis

tuimus, in hac enuntiatione, *homo currit*. Licet enim inferamus inde, *aliquem hominem singularem currere*. ¶ *Singularis* dicitur, quando *terminus singularis*, non solùm pro immediato significato substituitur; sed etiam pro communibus. Sic vocem *Petrus* substituimus in hac enuntiatione, *Petrus currit*. Rectè namque colligêmus inde, *& hominem, & animal, & quodcumque aliud superiorum currere*. Quod vtique non fieret, ni vox ista *Petrus* pro *integro significato* poneretur.

5 *Suppositio* insuper *communis* quadruplex est: *distributa, determinata, confusa*, & *copulata*. ¶ *Distributa* dicitur, quam *descensu copulatiuo* declaramus. Sic ponitur vox *homo*, in hac enuntiatione *omnis homo est animal*. Rectè namque inferimus. *Omnis homo est animal: ergo hic homo est animal, & hic homo est animal, & ita cæteri*. ¶ *Determinata* dicitur, quam *solo descensu disiunctiuo* declarare possumus. Sic

Sic ponitur vox *homo*, in hac enuntiatione, *aliquis homo est animal*. Rectè namque inferimus. *Aliquis homo est animal: ergo hic homo est animal, vel hic homo est animal, aut alius cæterorum.* ¶ *Confusa* dicitur, quæ *nullo descensu* declarari potest. Sic ponitur vox *animal*, in hac enuntiatione, *omnis homo est animal*. Perperam námq; descendêmus ita. *Omnis homo est animal: ergo omnis homo est hoc animal, vel hoc animal, aut aliud cæterorum.* ¶ *Copulata* dicitur, quæ non alio, quàm *copulato descensu*, declaratur. Sic vox *Apostoli* supponitur, in hac enuntiatione, *omnes Apostoli Dei sunt duodecim*. Non enim rectè inferimus. *Omnes Apostoli Dei sunt duodecim: ergo totidem sunt singuli*. Bene tamen sic. *Omnes Apostoli Dei sunt duodecim: ergo iste, & iste, & ita cæteri, sunt duodecim*. Sunt namque duodecim: non vtique *omnes* sigillatim; sed *coniunctim omnes*.

6 Præterea, *suppositio* commu-

nis distributa duplex est: *pro singulis generum*, & *pro generibus singulorum*. ¶ Tunc *terminus communis pro singulis generum sufficitur*, quando pro omnibus indiuiduis subrogatur. Sic ponitur vox *homo*, in hac enuntiatione, *omnis homo est animal*. Rectè namque inferimus. *Omnis homo est animal: ergo hic homo est animal, & hic homo est animal*, & cæteri similiter. ¶ Tunc autem *terminus communis* pro generibus *singulorum* subrogari dicitur, quando, ne pro vniuersis quidem *indiuiduis*, sed pro *vniuersis speciebus*, substituitur. Sic ponitur vox *animal* in hac enuntiatione, *omne animal fuit in arca Noë*. Sensus namque est, *nullam speciem animalium* fuisse, cuius inibi *aliquod* saltem *indiuiduum* non exteterit.

7 Demum, *suppositio communis distributa*, siue pro singulis generum, siue pro generibus singulorum sit, duplex est: *absoluta*, & *cum exceptione*. ¶ Distribuitur *terminus communis* absolutè, quando substituitur sim-

Exceptio accomoda vocatur

ſimpliciter: aut pro omnibus indiuiduis, aut pro omnibus ſaltem ſpeciebus. ¶ Diſtribuitur autem *cum exceptione*, quoties *vniuerſalitas* non eſt abſolutè intelligenda; ſed cum *limitatione*, & *exceptione*. Sic intelligimus, *omne animal fuiſſe in arca Noë*. Scilicet, præter aquatilia, eáque terreſtria, quæ ex putri materia generantur.

Hæc *ſuppoſitio* frequens ſanè eſt, tam in profanis, quàm in ſacris litteris. Cecinit Ouidius. *Et, quod tegit omnia, Cœlum*. Scripſit Ioannes. *Omnia per ipſum facta ſunt*. Teſtimonia profectò, quæ, vt veriſſima ſunt *cum exceptione*, ſic forent ſimpliciter, & abſolutè falſa. Namque ſeſe nec *Cœlum* tegit, nec *Verbum* fecit.

Metà. 1.

Cap. 1.

CAPVT II.

DE RESOLVTIONE TERMINI COMMVNIS, PER DESCENSVM.

1 DESCENSVS Logicis nihil aliud esse putandus est, quàm *resolutio*, *expositiòue termini communis*. ¶ Dicitur *descensus*, quòd, dùm *communem terminum* resoluimus, ad ea inferiora eius argumentantes descendamus, pro quibus ipse, suffectus à nobis, vel substitutus fuerat. Præstamus hoc, cùm ita loquimur: *Omnis homo est animal: ergo hic homo est animal, & hic homo est animal, & ita cæteri.* Est ergo *descensus consequutio quædam, à superiori ad inferiora*. Nec ad omnia semper; sed ad illa solùm, pro quibus *terminus communis*, qui resolui-

ſoluitur, ſuffectus à nobis, vel ſubſtitutus erat.

Aſcenſus dicitur, ſi, contrario modo argumentantes, ab inferioribus *termini communis* ad *ſuperius eorum* procedamus. Præſtamus hoc, cùm ita loquimur. *Hic homo eſt animal, & hic homo eſt animal, & in cæteris ſimili modo: ergo omnis homo eſt animal.*

2 At *terminus communis* tripliciter ſolùm reſolui poteſt: *copulatiuè, diſiunctiuè*, & *copulatè*.

Tunc reſoluimus *terminum* copulatiuè, cùm ita deſcendimus ad inferiora eius, vt *ipſas enuntiationes* copulemus. Præſtamus hoc, cùm ita argùimus. *Omnis homo eſt animal: ergo hic homo eſt animal, & hic homo eſt animal, & ita cæteri*. Ecce, *terminus*, qui iſto ſit pacto reſolubilis, *diſtributus* erit. Vt exinde conſtet, *deſcenſum copulatiuum* rectam menſuram eſſe, *ſuppoſitionis diſtributæ.*

Tunc reſoluimus *terminum* diſ-

iunctiuè, cùm ita descendimus ad inferiora eius, vt *ipsas enuntiationes* disiungamus. Præstamus hoc, cùm ita arguimus. *Aliquis homo est animal: ergo hic homo est animal, vel hic homo est animal, aut quispiam cæterorum*. ¶ Ecce *terminus*, qui isto fit pacto resolubilis, *determinatus erit*. Vt exinde constet, *descensum disiunctiuum* rectam normam *suppositionis determinatæ* existimandum esse.

Tunc resoluimus *terminum pluralem* copulatè, cùm ita descendimus ad inferiora eius, vt terminos solùm copulemus. Præstamus hoc, cùm ita argùimus. *Omnes Apostoli Dei sunt duodecim: ergo iste Apostolus, & iste Apostolus, & ita cæteri, tantùm sunt duodecim*. Ecce, *terminus*, qui isto fit pacto resolubilis, *copulatus* erit. Vt exinde constet, *descensum copulatum indicem verum esse suppositionis copulatæ.*

CAP.

CAPVT III.

DE STATV, AMPLIATIONE, ET RESTRICTIONE TERMINORVM.

1 TERMINVS pro rebus in oratione nostra non solùm *supponi*, *substitui*, *sufficì*, vel *subrogari* dicitur; sed *stare*, *ampliari*, *distrahi*, vel *restringi*.

Stat terminus, cùm *suppositio*, vel *acceptio eius* non exit extra copulam. Id est, quando pro ijs solùm rebus substituitur, quæ tempore copulæ subsistunt. Sic vox *homo* stare vulgò dicitur in his enuntiationibus. *Omnis homo currit* : *omnis homo est albus*. Solùm namque pro illis hominibus sufficitur, qui existunt modò tempore præsenti. Indicium sit, hòc solò *huiusmodi enuntiationes* futuras

turas esse veras, quòd *omnes homines*, quotquot modò sunt, albescerent, & currerent.

At *status* triplex est, iuxta triplicem differentiam temporis, quæ solet copulâ notari. *Præsentis*, scilicet, *præteriti*, & *futuri*. Cernuntur omnes, in his enuntiationibus. *Qui sedet, disserit: qui sedit, disseruit: qui sedebit, disseret.*

2 *Ampliatur terminus*, cùm *suppositio*, vel *acceptio* eius, aliquantulùm exit extra copulam. Id est, quando pro ijs etiam rebus substituitur, quæ in alio, quàm in tempore copulæ, subsistunt. Sic vox *sedens* ampliari vulgò dicitur, in hac enuntiatione. *Sedens surgebat*. Non namque pro eo dumtaxàt substituitur, qui elapso tempore sedebat; sed pro illo insuper, qui sedet. Falsò aliter instituisset Aristoteles, enuntiationem esse veram. Quî namque, quoàd sedêret, quisquam surgeret?

1. *Elen.* c. 3.

Est tamen *ampliatio* quadruplex.

¶ *Prima* est, ad præsentia, & præte-

rita

rita sub disiunctione. Sic ampliatur vox *sedens*, in hac enuntiatione. *Sedens surgebat*. Est namque sensus, surrexisse iam illum, qui modò sedet, aut pridem sederat. ¶ *Secunda* est, ad præsentia, & futura sub disiunctione. Sic ampliatur vox *viuens*, in hac enuntiatione. *Viuens morietur*. Est enim sensus, moriturum illum, qui aut viuit modò, aut viuet posteà. ¶ *Tertia est*, ad præsentia, præterita, & futura sub disiunctione. Sic ampliâtur vox *natus*, in hac enuntiatione. *Natus morietur*. Est namque sensus, moriturum illum, qui aut natus est, nascitur nunc, aut nascètur adhùc. ¶ *Quarta*, *& summa* est, ad præsentia, præterita, futùra, & possibilia. Id profectò, quod sub eâdem disiunctione intelligendum erit. Nam *coniunctio* multùm profectò *suppositionem termini* contraheret, vt dicemus infrà. Sic ampliâtur vox *homo*, in hac enuntiatione. *Homo est animal*. Est nàmque sensus, quemcumque hominem, qui aut modò est,

iam

tuimus, in hac enuntiatione, *homo currit*. Licet enim inferamus inde, *aliquem hominem singularem currere*. ¶ *Singularis* dicitur, quando *terminus singularis*, non solùm pro immediato significato substituitur; sed etiam pro communibus. Sic vocem *Petrus* substituimus in hac enuntiatione, *Petrus currit*. Rectè namque colligêmus inde, *& hominem, & animal, & quodcumque aliud superiorum currere*. Quod vtique non fieret, ni vox ista *Petrus* pro *integro significato* poneretur.

5 *Suppositio* insuper *communis* quadruplex est: *distributa, determinata, confusa*, & *copulata*. ¶ *Distributa* dicitur, quam *descensu copulatiuo* declaramus. Sic ponitur vox *homo*, in hac enuntiatione *omnis homo est animal*. Rectè namque inferimus. *Omnis homo est animal: ergo hic homo est animal, & hic homo est animal, & ita cæteri*. ¶ *Determinata* dicitur, quam *solo descensu disiunctiuo* declarare possumus.

Sic

Sic ponitur vox *homo*, in hac enunciatione, *aliquis homo est animal*. Rectè namque inferimus. *Aliquis homo est animal: ergo hic homo est animal, vel hic homo est animal, aut alius cæterorum.* ¶ *Confusa* dicitur, quæ *nullo descensu* declarari potest. Sic ponitur vox *animal*, in hac enunciatione, *omnis homo est animal*. Perperam námq; descendêmus ita. *Omnis homo est animal: ergo omnis homo est hoc animal, vel hoc animal, aut aliud cæterorum.* ¶ *Copulata* dicitur, quæ non alio, quàm *copulato descensu*, declaratur. Sic vox *Apostoli* supponitur, in hac enunciatione, *omnes Apostoli Dei sunt duodecim*. Non enim rectè inferimus. *Omnes Apostoli Dei sunt duodecim: ergo totidem sunt singuli*. Bene tamen sic. *Omnes Apostoli Dei sunt duodecim: ergo iste, & iste, & ita cæteri, sunt duodecim*. Sunt namque duodecim: non vtique *omnes* sigillatim; sed *coniunctim omnes*.

6 Prætereà, *suppositio* commu-

nis distributa duplex est: *pro singulis generum*, & *pro generibus singulorum*. ¶ Tunc *terminus communis pro singulis generum sufficitur*, quando pro omnibus indiuiduis subrogatur. Sic ponitur vox *homo*, in hac enuntiatione, *omnis homo est animal*. Rectè namque inferimus. *Omnis homo est animal: ergo hic homo est animal, & hic homo est animal*, & cæteri similiter. ¶ Tunc autem *terminus communis* pro generibus *singulorum* subrogari dicitur, quando, ne pro *vniuersis* quidem *indiuiduis*, sed pro *vniuersis speciebus*, substituitur. Sic ponitur vox *animal* in hac enuntiatione, *omne animal fuit in arca Noë*. Sensus namque est, *nullam speciem animalium* fuisse, cuius initi *aliquod* saltem *indiuiduum* non exticerit.

7 Demum, *suppositio communis distributa*, siue pro singulis generum, siue pro generibus singulorum sit, duplex est: *absoluta*, & *cum exceptione*. ¶ Distribuitur *terminus communis* absolutè, quando substituitur sim-

Exceptio accõmoda vocatur

ſimpliciter: aut pro omnibus indiuiduis, aut pro omnibus ſaltem ſpeciebus. ¶ Diſtribuitur autem *cum exceptione*, quoties *vniuerſalitas* non eſt abſolutè intelligenda; ſed cum *limitatione*, & *exceptione*. Sic intelligimus, *omne animal fuiſſe in arca Noë*. Scilicet, præter aquatilia, eáque terreſtria, quæ ex putri materia generantur.

Hæc *ſuppoſitio* frequens ſanè eſt, tam in profanis, quàm in ſacris litteris. Cecinit Ouidius. *Et, quod tegit omnia, Cœlum*. Scripſit Ioannes. *Omnia per ipſum facta ſunt*. Teſtimonia profectò, quæ, vt veriſſima ſunt *cum exceptione*, ſic forent ſimpliciter, & abſolutè falſa. Namque ſeſe nec *Cœlum* tegit, nec *Verbum* fecit.

Meta. 1.

Cap. 1.

CAPVT II.

DE RESOLVTIONE TERMINI COMMVNIS, PER DESCENSVM.

1 DESCENSVS Logicis nihil aliud esse putandus est, quàm *resolutio*, *expositióue termini communis*. ¶ Dicitur *descensus*, quòd, dùm *communem terminum* resoluimus, ad ea inferiora eius argumentantes descendamus, pro quibus ipse, suffectus à nobis, vel substitutus fuerat. Præstamus hoc, cùm ita loquimur: *Omnis homo est animal: ergo hic homo est animal, & hic homo est animal, & ita cæteri.* Est ergo *descensus consequutio quædam, à superiori ad inferiora*. Nec ad omnia semper; sed ad illa solùm, pro quibus *terminus communis*, qui resolui-

ſoluitur, ſuffectus à nobis, vel ſubſtitutus erat.

Aſcenſus dicitur, ſi, contrario modo argumentantes, ab inferioribus *termini communis* ad *ſuperius eorum* procedamus. Præſtamus hoc, cùm ita loquimur. *Hic homo eſt animal, & hic homo eſt animal, & in cæteris ſimili modo: ergo omnis homo eſt animal.*

2 At *terminus communis* tripliciter ſolùm reſolui poteſt: *copulatiuè, diſiunctiuè*, & *copulatè*.

Tunc reſoluimus *terminum* copulatiuè, cùm ita deſcendimus ad inferiora eius, vt *ipſas enuntiationes* copulemus. Præſtamus hoc, cùm ita argùimus. *Omnis homo eſt animal: ergo hic homo eſt animal, & hic homo eſt animal, & ita cæteri.* Ecce, *terminus*, qui iſto ſit pacto reſolubilis, *diſtributus* erit. Vt exinde conſtet, *deſcenſum copulatiuum* rectam menſuram eſſe, *ſuppoſitionis diſtributæ.*

Tunc reſoluimus *terminum* diſ-

iunctiuè, cùm ita descendimus ad inferiora eius, vt *ipsas enuntiationes* disiungamus. Præstamus hoc, cùm ita arguimus. *Aliquis homo est animal: ergo hic homo est animal, vel hic homo est animal, aut quispiam cæterorum.* ¶ Ecce *terminus*, qui isto sit pacto resolubilis, *determinatus erit*. Vt exinde constet, *descensum disiunctiuum* rectam normam *suppositionis determinatæ* existimandum esse.

Tunc resoluimus *terminum pluralem* copulatè, cùm ita descendimus ad inferiora eius, vt terminos solùm copulemus. Præstamus hoc, cùm ita argùimus. *Omnes Apostoli Dei sunt duodecim: ergo iste Apostolus, & iste Apostolus, & ita cæteri, tantùm sunt duodecim.* Ecce, *terminus*, qui isto sit pacto resolubilis, *copulatus* erit. Vt exinde constet, *descensum copulatum indicem verum esse suppositionis copulatæ.*

CAP.

CAPVT III.

DE STATV, AMPLIATIONE, ET RESTRICTIONE TERMINORVM.

1 TERMINVS pro rebus in oratione nostra non solùm *supponi*, *substitui*, *sufficì*, vel *subrogari* dicitur, sed *stare*, *ampliari*, *distrahi*, vel *restringi*.

Stat terminus, cum *suppositio*, vel *acceptio eius* non exit extra copulam. Id est, quando pro ijs solùm rebus substituitur, quæ tempore copulæ subsistunt. Sic vox *homo* stare vulgò dicitur in his enuntiationibus. *Omnis homo currit* : *omnis homo est albus*. Solùm namque pro illis hominibus sufficitur, qui existunt modò tempore præsenti. Indicium sit, hòc solò huiusmodi *enuntiationes* futuras

turas esse veras, quòd *omnes homines*, quotquot modò sunt, albescerent, & currerent.

At *status* triplex est, iuxta triplicem differentiam temporis, quæ solet copulâ notari. *Præsentis*, scilicet, *præteriti*, & *futuri*. Cernuntur omnes, in his enuntiationibus. *Qui sedet, disserit: qui sedit, disseruit: qui sedebit, disseret.*

2 *Ampliatur terminus*, cùm *suppositio*, vel *acceptio* eius, aliquantulùm exit extra copulam. Id est, quando pro ijs etiam rebus substituitur, quæ in alio, quàm in tempore copulæ, subsistunt. Sic vox *sedens* ampliari vulgò dicitur, in hac enuntiatione. *Sedens surgebat.* Non namque pro eo dumtaxàt substituitur, qui elapso tempore sedebat; sed pro illo insuper, qui sedet. Falsò aliter instituisset Aristoteles, enuntiationem esse veram. Quî namque, quoàd sedêret, quisquam surgeret?

1. *Elen.* c. 3.

Est tamen *ampliatio* quadruplex.

¶ *Prima* est, ad præsentia, & præterita

rita sub disiunctione. Sic ampliatur vox *sedens*, in hac enuntiatione. *Sedens surgebat*. Est namque sensus, surrexisse iam illum, qui modò sedet, aut pridem sederat. ¶ *Secunda* est, ad præsentia, & futura sub disiunctione. Sic ampliatur vox *viuens*, in hac enuntiatione. *Viuens morietur*. Est enim sensus, moriturum illum, qui aut viuit modò, aut viuet posteà. ¶ *Tertia est*, ad præsentia, præterita, & futura sub disiunctione. Sic ampliâtur vox *natus*, in hac enuntiatione. *Natus morietur*. Est namque sensus, moriturum illum, qui aut natus est, nascitur nunc, aut nascètur adhùc. ¶ *Quarta, & summa* est, ad præsentia, præterita, futùra, & possibilia. Id profectò, quod sub eâdem disiunctione intelligendum erit. Nam *coniunctio* multùm profectò *suppositionem termini* contraheret, vt dicemus infrà. Sic ampliàtur vox *homo*, in hac enuntiatione. *Homo est animal*. Est nàmque sensus, quemcumque hominem, qui aut modò est, iam

iam pridem fuit, deinceps erit, aut, esse potest, illud in primis in essentia habere, vt viuat, atque sentiat.

3 *Distrahitur terminus*, cùm *suppositio*, vel *acceptio eius* penitus exit extra copulam. Id est, quando pro ijs solùm rebus substituitur, quæ in alio prorsus, quàm in tempore copulæ, subsistunt. Sic distrahitur vox ista *docens*, in hac enuntiatione. *Qui docet, didicit*. Non namque accipitur pro illis, qui tempore copulæ docebant; sed pro illis dumtaxàt, qui docent in præsenti. Idem omnino cernimus, in verbis Domini. *Cæci vident, claudi ambulant*. Est namque sensus, videre iam eos, qui cæci fuerant, ambulare, qui claudi.

Math. 11.

Est autem *distractio* sextuplex, iuxta triplicem differentiam temporis, quæ solet copulâ notâri. Namque *terminus* sub quacumque *trium* distrahitur ad *duas*.

4 *Restringitur terminus*, cùm *suppositio*, vel *acceptio eius*, non solùm non exit extra copulam; sed intra

eam

eam quoque limitatur. Ideſt, quando *alicuius vocis additione* ad pauciora contrahitur, quàm tempore copulæ ſubſiſtunt. Sic reſtringitur vox iſta *ſedens*, in hac enuntiatione. *Qui ſedet in cathedra, diſſerit.* Non enim accipitur, pro quibuſcumque tempore copulæ ſedentibus; ſed pro illis dumtaxàt, qui non aliter ſedent, quàm in cathedra.

5 Vnum tamen hîc monendus eris. *Terminum*, ſcilicet, non ſolùm *reſtringi poſſe*, quando *ſtat*; ſed & quando *ampliatur*, & *diſtrahitur*. Namque vox *ſedens* pariter omnino in his duabus enuntiationibus coarctari cernitur. *Sedens in cathedra diſſerit*: *ſedens in cathedra diſſeruit*. Et tamen, ablato limite, ſtaret ſanè in prima; ampliareturque in poſtrema. ¶ Vt exinde conſtet, triplicem eſſe *reſtrictionem*: *ſtatus*, *ampliationis*, & *diſtractionis*. ¶ Poteſt inſuper in tredecim ſpecies diſpertiri, iuxta totidem ſpecies *ſtatus*, *ampliationis*, & *diſtractionis*, quæ limitari poſſunt.

Terminus non restrictus superior est se ipso restricto.

possunt. ¶ Constat indidem, dum rectè expenderis, *terminum non restrictum* sic profectò ad *sese restrictum* comparari, vti *superius* ad *inferius*. Idem omnino de *termino amplo* sensurus eris, quoties ad *sese stantem* conferatur. ¶ Quo autem pacto *superius*, & *inferius* sese vicissim in *consequentia* habeant, opportuniùs dicam.

Terminus amplus latiùs patet, quàm cùm stat.

CAPVT IIII.

DE MODIS COGNOSCENDI, QVANDONE TERMINVS AMPLVS, QVANDONE DISTRACTVS, RESTRICTVSVE SIT.

1 STAT TERMINVS, cùm nec *ampliatur*, nec *restringitur*, nec *distrahitur*. Discernendum superest, quandone *terminus* isto, illóve

ve modo, affectus fit. Attinges, si attenderis.

Enuntiatio in *communi* triplex est: *necessaria*, *impossibilis*, & *contingens*. ¶ *Necessaria* dicitur, quæ ita est vera, vt non possit esse falsa: vt *homo est animal*. ¶ *Impossibilis* dicitur, quæ ita est falsa, vt non possit esse vera: vt *homo est lapis*. ¶ *Contingens* dicitur, quæ ita est vera, vt possit esse falsa; aut ita falsa, vt possit esse vera: vt *homo currit*.

Sit prima regula. Omnis *terminus* tam enuntiationis necessariæ, quàm impossibilis, habet *summam amplitudinem*. Ita, scilicet, vt non solùm res præsentes, præteritas, & futuras sub disiunctione comprehendat; sed vniuersas insuper possibiles.

Sit secunda regula. Omnis *terminus communis distributus*, qui verbo *esse*, simpliciter, & absolutè *sumpto*, supponatur, habet etiam *summam amplitudinem*. Sic ampliatur vox ista *homo* in hac enuntiatione. *Omnis homo est*. Esset namque sine dubio

falsa,

falsa, *omnibus hominibus*, quotquot sunt, fuerunt, & erunt, *existentibus*, hôc ipsô solo, quòd nondum existerent *possibiles*. ¶ Idem omnino dicendum est, de suppositis verbi *posse*, & cuiuscumque alterius, qui æquipolleat ei. Quo circa vox ista *homo*, in his enuntiationibus, *homo potest esse*, *homo est genarabilis*, negari nequit, quin, quoad fieri potest, amplietur.

Sit tertia regula. Omnis *terminus*, qui negato verbo vtcumque supponatur, habet etiam *summam amplitudinem*. Sic ampliatur vox *homo*, in ista enuntiatione. *Homo non currit*. Esset namque vera, *omnibus hominibus*, quotquot sunt, fuêrunt, & erunt, *concurrentibus*, hôc ipsô solò, quòd ne *vnus* quidem possibilium curreret. Etenim, *sumpto vno ex possibilibus*, falsissimè affirmarêmus, *eum currere*. Negarêmus ergo verè. Cum ergo ex *singulari*, *particularem*, indefinitamue rectè colligamus: fit exinde, vt verum sit, *hominem non currere*.

Id

Id profectò, quod nusquam accidisset, nisi vox *homo*, in prædicta oratione, *maximam amplitudinem* teneret.

Sit quarta regula. Omnis *terminus*, huic verbo *incipit* suppositus, ampliatur ad præsens, & futurum. ¶ Secùs accidet, si supponatur verbo *desinit*. Non enim ampliatur, ad præsens, & futurum; sed ad *præteritum*, & *præsens*. Sic ampliatur vox ista *homo*, in his enuntiationibus. *Homo incipit*, *homo desinit*. Sensus prioris est. *Homo, qui est, vel erit, incipit*. Est sensus posterioris. *Homo, qui est, vel fuit, desinit*. Namque, *quod modò incipit*, vel modò est, vel erit illicò; *quod autem desinit*; vel adhuc est, vel fuit hucùsque. De hoc tamen in *Physicis* agendum opportuniùs est.

Sit quinta regula. Omnis *terminus*, qui alij, quàm verbo *esse*, supponatur, ampliabitur, tum ad præsens, tum etiam ad tempus verbi. Sic ampliatur vox ista *homo*, in hac

F enun-

enuntiatione. *Homo sedit*. Est enim sensus, *sedisse illum hominem, qui aut est, aut fuit.* ¶ Idem contingit, in hac enuntiatione. *Homo curret*. Est enim sensus, fore, vt ille homo currat, qui aut est, aut erit. ¶ Idem omnino sentiendum est, de *suppositis* verbi *esse*, quandocùmque accidat, vt verbum *esse* pro *alijs* vtcumque supponatur. Id profectò, quod haud rarò euenit. Nam *homo fuit albus* idem omnino est, quod *homo albuit*. Est ergo sensus, *eum certè hominem habuisse albedinem, qui extitit, vel extat.*

Epilogus dictorũ.

Ecce vox *homo* in nulla harum enuntiationum stare dicitur. *Homo est animal: omnis homo est: omnis homo fuit: omnis homo erit: homo potest esse: homo est generabilis: homo incipit: homo desinit: homo non differit: homo sedit: homo curret.*

Stat in istis. *Homo est albus: homo currit: qui sedet, differit:* qui sedit, differuit: qui sedebit, differet: & cæteris huiusmodi.

2 De *distractione*, & *restrictione* non nihil in posterum dicendum est.

Distractio termini semper penè fit, ex vi verbi, aut participij. Sic distrahitur vox *sedens*, in his enuntiationibus. ¶ *Qui sedet, disseruit: qui sedet, disseret.* ¶ *Qui sedit, disserit: qui sedit, disseret.* ¶ *Qui sedebit, disserit: qui sedebit, disseruit.* ¶ *Et cæteris huiusmodi.*

Vnum hîc breuì monendus eris. Illud, scilicet, in *sacra pagina* contingere, vt *distractio termini*, ne ex vi quidem verbi, aut participij fiat; sed ex sola vi *nominis* adiecti. Id profectò, quod in his *verbis Domini* videre est. *Cæci vident: claudi ambulant.* Est enim sensus. *Qui cæci* erant, vident: *qui claudi, ambulant.*

3 Sic fit *distractio*. Accipito iam; quotne modis *restrictio* fiat.

Restrictio termini quatuor fit modis. ¶ *Primo interpositu orationis*: vt *omnis homo, qui est, morietur*. Ecce, vox *homo* pro ijs solùm sup-

ponitur, qui sunt. Nam *oratio qui est* inibi applicata clarissime *vocem* limitauit. ¶ *Secundo*, accessu *nominis substantis*, vel *adiecti*: vt *Petrus Apostolus*: *homo albus*: *animal rationale*. Ecce, *Apostolus* ad *Petrum*, ad *albos homo*, ad *homines animal* contrahitur. ¶ *Tertio*, *appositione nominis in casu obliquo*: vt *Leo hominis*. Ecce, vox *Leo* ne hîc quidem supponitur pro *feris*; sed pro *sicuribus*. His, scilicèt, qui mansuetariôrum operâ mitescunt. ¶ *Quarto*, & *vltimo*, *pluribus differentijs temporis in verbo esse copulatis*: vt *homo est*, *& fuit*: *homo est*, *& erit*: *homo est*, *& fuit*, *& erit*.

Ecce, vox *homo*, in *tertia oratione* summoperè restringitur. Constat enim, plures esse homines, qui modo sunt, quàm, qui vnà sunt, fuêrunt, atque erunt. In *pluribus* namque *singulas seorsim differentias temporis* inuenies, quàm *plures simul*. ¶ *Illi soli homines* sunt, fuêrunt, & erunt copulatim, qui vnà sunt hodie,

Plures sunt homines, qui sũt, quam, qui vnà sũt, fuerũt, atq; erunt.

die, fuêrunt heri, erûntque cras. At *isti* pauciores *illis* absque dubio sunt, *qui hodie sunt*. ¶ Namque *multi* profectò hodie sunt, *qui* non fuêrunt heri. Sunt huiusmodi, quotquot hodierno die nati sunt. ¶ Rursus, *complures* hodie absque dubio sunt, *qui* cras non erunt. Sunt huiusmodi, quotquot hodierno die morituri sũt. ¶ Plures ergo sunt *homines*, *qui hodie sunt*, quàm, *qui vnà sunt hodie, fuerunt heri, eruntque cras.*

Patefaciamus *regulam* exemplo. Plures sunt homines, *qui* Compluti sunt, quàm, *qui* Compluti sunt, & Romæ fuêrunt. Innumeri sunt *illi*; vix quatuor *isti*. ¶ Simili quoque modo, plures sunt *homines*, *qui* modò sunt, quàm, *qui* & sunt, & fuerunt, atque erunt.

His positis, sic arguo. Restringitur *terminus*, cùm *differentias temporis* coniungimus. Ampliabitur ergo, cùm *ipsas easdem* disiungêmus. Namq; *cõtrariorum* (pulcherrime docuit Aristoteles) *eadem ratio, ac disciplina est.*

CAPVT V.

DE ALIENATIONE, REMOTIONE, ET DIMINVTIONE TERMINORVM.

1 ALIOS *affectus suppositio* patitur. Sunt hi: *alienatio*, *remotio*, & *diminutio*.

Alienatur terminus, quoties *ratione adiuncti*, propriam suppositionem penitus amittens, ad *in propriam* transfertur, & mutatur. Sic *alienatur*, vox ista *homo* in his enunciationibus. *Homo pictus est in atrio*: *homo mortuus est in via*. Non namque pro *vero homine* supponitur; sed pro *pictura* illic, pro *cadauere* isthic.

2 *Remouetur terminus*, cum illud ei adijcimus, quod omnem ex eo *suppositionem* remouet. Sic remouetur vox ista *homo* in oratione hac. *Homo*

mo irrationalis. Implicamus namque *repugnantiam*, in ipso, quod adijcimus. Propterea certè *appositio hæc* implicatio in *adiecto* nominatur.

Implicatio in adiecto

3 *Diminuitur terminus*, cum *adiecta vox*, nec aliênat *terminum*, nec rèmouet, diminuit tamen *suppositionem eius*. Sic diminuitur vox ista *albus*, in hac enuntiatione. *Æthiops est albus secundùm dentes*.

Vnum tamen hîc monenduseris. Videlicet, à *termino alienato*, aut *diminuto* ad *ipsùmmet simpliciter*, & *absolutè sumptum*, nusquam licêre argumentari. Non enim consequitur. *Est homo pictus: ergo est homo*. *Est albus secundùm dentes: ergo est albus*. ¶ Id vulgò docent, cùm vulgò dicunt. *A dicto secundum quid*, ad *dictum simpliciter*, ne vsquam quidem *argumentandum esse*.

CAPVT VI.

DE APPELLATIONE TERMINORVM.

1 APPELLARI illud omnino est, quod *nominari*, vel *vocari*. Illud profectò, quod ne *vocum* quidem; sed *rerum* est, vt consulenti Philosophum patebit. ¶ Quodsi (exotico vsu, vel abusu) *nomina* etiam dicuntur *appellari*, proinde certè est, quòd signa sunt rerum, quæ vocantur. ¶ Dicuntur etiam *nomina appellare*. Hoc tamen proinde etiam est, quòd eis nos *res ipsas* loquendo nominemus.

Vulgò igitur tunc *vna vox alteram* appellat, cùm *significatum suũ*, ne aliarum quidem; sed *soli eius significato*, applicat. ¶ Idcircò in enunciatione, vel sermone duæ sunt voces

dig

dignoſcendæ: vna *appellans*, altera *appellata*. Dicitur *appellans*, quæ *ſignificatum ſuum*, ne aliarum quidem; ſed *ſoli alterius ſignificato*, applicat. *Appellata* dicitur, *cui ſignificatum alterius* applicatur.

Hîc ergò *nomine appellationis* nihil profectò aliud intelligimus, quàm *applicationem quamdam intellectus*, qua *ſignificatum vocis*, quæ multiplicem ſenſum afferre poteſt, eò animô *ſignificato alterius* applicamus, vt *amphiboliam*, & *ambiguitatem ſermonis* explicemus. Vnde *appellatio iſta Logicorum*, nec ex *natura rerum*, nec ex *primæua ſignificatione vocum* exorta fuit; ſed ex *ſolo conſuentu diſputantium*. Namque conuênit olim inter eos, vt, in diſputando, *quinque præceptis amphibolia ſermonis ſolueretur*.

Appellatio eſt applicatio ſignificatiuæ vocis ad ſignificatum alterius, gratia ſoluendæ ambiguitatis.

2 *Primum* eſt. Si ex parte *ſubiecti* duplex ſit nomen, *vnum* ſubſtans, *alterum* adiectum; ex parte verò *prædicati* vnum tantùm, idque adiectum, vel quaſi adiectum ſit: tunc *appoſitum*

positum non vtique *adiectum* appellabit; sed *substantiuum* tantùm. Hinc (aiunt) in hac enuntiatione *Petrus magnus est Logicus*, non significamus, Petrum esse Logicæ peritum; sed magnum corpore.

Secundum est. Si ex parte *subiecti* tantùm sit vnum nomen, idque substans, ex parte verò *prædicati* duo sint adiecta: neutrum istorum appellabit primum; sed vnum alterum. Iccircò, in hac enuntiatione *Petrus est magnus Logicus*, non significamus, Petrum esse magnum corpore; sed Logicæ peritum.

Tertium est. Si ex parte *subiecti* sit nomen *rei*; ex parte verò *prædicati* sit *notionis*: *nomen* tunc *notionale* tantùm appellabit *proximum*, *& immediatum significatum termini realis*; non autem *remotum*, & *mediatum*. Quapropter, in hac enuntiatione *homo est species*, non significamus, *aliquem ex hominibus* speciem esse; sed *naturam humanam in communi*. ¶ Idem omnino dicendũ

est,

est, in his enuntiationibus. *Petrus est indiuiduum*: *equus est species*: *animal est genus*: *rationale est differentia*: *ridens est proprium*: *album est accidens*.

Quartum est. Verba significantia internum actum animi, vt *cognosco*, *video*, *concupisco*, solùm appellant *formale significatum termini sequentis*; non autem *materiale*. Quocircà, in hac enuntiatione *cognosco venientem*, tantùm significamus, cognoscere nos, aliquem venîre; non autem *eum*, *qui* venit. Vnde (aiunt) vt significemus, cognoscere nos *eum*, *qui* venit; non autem, *eum venire*: *huiusmodi verba* proferenda sunt post *sua nomina*. Ecce (inquiunt) in hac enuntiatione *venientem nosco*, tantùm significamus *eum nos* cognoscere, *qui venit*; non, *eum venire*. ¶ Idem dicendum est, in his enuntiationibus: *Vidi Regem*: *concupisco dulce*: & *cæteris huiusmodi*.

Sed de *manducis* puerôrum, ne *labyrinthos*, vel *mæandros* dixerim, hucùsque satis.

LIBER

LIBER SECVNDVS, DE PROPOSITIONIBVS.

AVTORE SALIO.

PROLOGVS.

DVAE *propositiones syllogistica* tres dumtaxàt *terminos* sequuntur: ex eis quippe proximè resultant. ¶ *Duas propositiones suas syllogismus* sequitur: ex eis qui-

quippe proximè; ex *tribusque terminis* remotè, fiat.

Sic certè procedit, *qui componit*; opposito modo, *qui resoluit*. Incipit namque à *syllogismo*: in *propositiones* inde venit: sistit in *terminis*. Id profectò, quod Aristoteles 3. lib. Ethicorum, cap. 3. luculentissimè statuit, ac conclusit. Instituit enim, *quod vltimum* est *resolutione*, *id ipsum* esse *generatione primum*.

Primū in executione, est vltimū in resolutione.

Sed quia *natura*, & *essentia enuntiationis*, quæ (diximus superiùs) necessaria materia *propositionis* est, satis, superque, in

in *prima parte præcedentis libri* exposita videbitur : ideo in præsenti *tres* tantùm *affectus*, aut *proprietates* ipsius, explicabo. Sunt illæ: *oppositio, æquippollentia,* atque *conuersio.*

PRI-

PRIMA PARS LIBRI DE OPPOSITIONE ÆQVIPOLLENTIA, ET CONVERSIONE ENVNTIATIONVM DE INESSE.

ENVNTIATIO categorica, vel *simplex*, duplex est: *absoluta*, & *modalis*. ¶ *Absoluta* est, quæ tantùm significat, *quippiam inesse*, vel non *inesse aliỹ*: vt *homo est animal*: *homo non est lapis*. Habes, cur Princeps *eam de inesse* nominarit. ¶ *Modalis* est, quæ etiam significat, *quo modo aliỹ*, vel *quippiam insit*, vel *non insit*: vt *necesse est hominem esse animal*: *necesse est hominem non esse lapidem*. Habes, cur Princeps *eam modalem* appellarit.

Primò igitur id tantùm nobis in votis

votis est, vt *oppositionem*, *æquipollentiam*, & *conuersionem*, in his solùm, quæ *de inesse* dicuntur, disquirâmus.

CAPVT PRIMVM.

DE OPPOSITIONE ENVNTIATIONVM IN COMMVNI.

1 OPPOSITIO necessariò versatur inter duo, *vtrumuis quorũ* obuersatur *alteri*. Quocircà *enuntiationum oppositio* in duabus minimùm inuenienda erit.

Sed *duæ enuntiationes* dupliciter possunt combinâri. Vel enim sunt eiusdem prædicati tantùm: vt *homo est animal*: *equus est animal*. Vel de eôdem subiecto tantùm: vt *homo est animal*; *homo est lapis*. Vel eiusdem simul

ſimul prædicati, & de eôdem ſubiecto: vt *homo eſt animal*: *homo non eſt animal*.

Rurſus, earum, quæ eiuſdem ſunt prædicati, & de eôdem ſubiecto, vel ambæ ſunt affirmationes: vt *homo eſt animal*, *omnis homo eſt animal*. Vel ambæ ſunt negationes: vt *homo non eſt animal*; *nullus homo eſt animal*. Vel vna eſt affirmatio, & altera negatio: vt *homo eſt animal*, *homo non eſt animal*.

2 *Oppoſitio* ergo, nec eſt affirmatio, & affirmatio eiuſdem de eôdem: nec negatio, & negatio eiuſdem de eôdem: ſed *affirmatio*, & *negatio eiuſdem de eodem*: vt ſæpè definit Ariſtoteles.

Duæ ergo *enuntiationes* tunc ſolùm *oppoſitæ inter ſe* cenſêri debent, cùm in eis de *eodem ſubiecto* re, & nomine, *vnum*, & *idem prædicatum*, re, & nomine, tum affirmâmus, tum negamus.

Tria igitur *oppoſitio* poſtulat. *Primum*, vt enuntiationes duæ ſint. *Se-*

cundum; vt affirmet vna, neget alia. *Tertium*, vt habeant *idem subiectum*, *& idem prædicatum* re, & nomine.

3 Hinc *oppositio* ex totidem tribus impeditur. *Primò*, ex diuersitate copulæ, vel verbi: vt *Petrus sedet*; *Petrus non sedebat*. *Secundò*, ex diuersitate modi, loci, temporis, aut cuiuspiam alterius adiacentis: vt *Petrus tardè currit*; *Petrus velociter non currit*: *profiteor Compluti*; *non profiteor Salmanticæ*: *ientaui manè*; *non ientaui vesperè*: *sum maior Petro*; *non sum maior Paulo*: *quod currit, mouetur*; *quod non currit, non mouetur*: *& alia huiusmodi*. *Tertiò*, ex diuersitate suppositionis: vt *vicit Leo*; *non vicit Leo*: *homo est species*; *nullus homo est species*.

Hæc autem non est intelligendum de *suppositione* distributa, determinata, vel confusa; sed de *propria*, & *impropria*; *simplici*, & *personali*; *stante*, *ampla*, *distracta*, atque *restricta*. Proinde autem, quocumque istorum variato, *oppositio* soluitur, quod

quòd *enuntiationes eiuſdem de eodem non permaneant.*

CAPVT II.

DE TRIPLICI SPECIE OPPOSITIONIS.

1 ENVNTIATIONES *oppoſitæ* neceſſariò ſunt duplices. Namque vel ſunt de ſubiecto vniuerſali: vt *homo eſt animal*; *homo non eſt animal*. Vel de ſubiecto ſingulari: vt *Petrus currit*; *Petrus non currit*.

Rurſus, *oppoſitæ* de ſubiecto vniuerſali, vel ambæ ſunt vniuerſales, vel ambæ ſunt particulares, vel vna vniuerſalis, & altera particularis.

Contrariæ dicuntur, ſi ambæ ſunt vniuerſales: vt *omnis homo eſt animal*, *nullus homo eſt animal*. ¶ Dicuntur *ſubcontrariæ*, ſi ambæ ſunt particulares: vt *aliquis homo eſt animal*,

mal, aliquis homo non est animal. Idem omnino dicendum est, si indefinitæ ambæ sint: vt *homo est animal, homo non est animal*. Et apellantur *subcontrariæ*, quia continentur sub *contrarijs*, ex ipsisque inferuntur. Probè namque ex vniuersali affirmante particularem affirmantem, èxque vniuersali negante particularem negantem colligêmus. ¶ Si verò altera sit vniuersalis, particularis altera; non *contrariæ*, nec *subcontrariæ*; sed *contradictoriæ* nominantur. Tales sunt istæ. *Omnis homo est animal, aliquis homo non est animal: nullus homo est animal, aliquis homo est animal*.

Demum, *enuntiationes oppositæ de puro subiecto singulari* perpetuò sunt *contradictoriæ*: vt *Petrus currit, Petrus non currit*. ¶ Ecce *oppositio enuntiationum*, quam tractamus, triplex solùm necessariò est: *contradictoria, contraria, & subcontraria*.

2 *Rogabis primò*. Quonam pacto *enuntiationes* illæ nominentur, quæ sunt

sunt quidem *eiusdem de eodem*, vt oppositæ: non tamen opponuntur; quia vel ambæ sunt affirmationes, vt *omnis homo est animal, aliquis homo est animal*; vel negationes ambæ, vt *nullus homo est animal, aliquis homo non est animal*? ¶ Et respondeo, *enuntiationes istas* proinde à Logicis *subalternas* vulgò nominari, *quòd vna subaltera ponatur*. *Particularis*, scilicet, sub *sua vniuersali*. Ita enim *particularis*, quæ affirmat, sub *vniuersali affirmanti* continetur, vt eam sequatur necessariò. Idem omnino dicendum est, de *subalternis negatiuis*. Pariter namque sequuntur ista. *Omnis homo est animal, ergo & aliquis: nullus homo currit, nec vllus ergo*.

Rogabis iterum. Curnam *enuntiationes istæ* inter *oppositas* tractentur? Et respondeo, proinde forsitan hoc fieri, quòd sint *eiusdem de eodem*, vt *oppositæ*. Tum insuper, quòd saltem opponuntur quantitate. Sunt namque: *vna* vniuersali, particula-

ris *altera.* ¶ Ego autem obinde ipsas libentius tracto, quòd ex discrimine illarum ab oppositis, *natura,* & *essentia oppositionis* (hanc solummodo venamur) nonnihilò nobis innotescit amplius.

CAPVT III.

DE TRIPLICI MATERIA ENVNTIATIONVM.

1 NOMINE *hic materiæ* nihil profectò aliud intelligimus, quàm *habitudinem prædicati cũ subiecto. Prædicatum* autem ad *subiectum* tripliciter se habet. Namque, vel semper inest: vel numquam inest: vel modò inest; modò non inest.

Illud semper inest, quòd necessariò inest. Illud autem necessariò inest, quod ita inest, vt non possit non inesse: vt *animal homini*.

Illud

Illud numquam inest, quod impossibiliter inest. Illud autem repugnanter inest, quod ita non inest, vt non possit inesse: vt *lapis homini*.

Illud denique modò inest, modò non inest, quod contingenter inest. Illud autem contingenter inest, quod ita inest, vt possit non inesse; vel ita non inest, vt inesse possit: vt *cursus homini*.

2 Ecce, *materia enuntiationum* triplex est: *necessaria*, *impossibilis*, *contingens*.

Constant primà enuntiationes illæ, in quibus definitionem essentialem, partes eius, propriam passionem, idemuè de se ipso prædicamus: vt *homo est animal*, *homo est rationalis*, *homo est capax risus*, *homo est homo*, & aliæ huiusmodi.

Constant secundà enuntiationes illæ, in quibus diuersum, distinctumue de distincto prædicamus: vt *homo est equus*, *homo hinnit*, *omnis homo est omnis homo*, *homo est mortuus*, & aliæ similes.

Constant postremà enuntiationes illæ, in quibus de subiecto, ne *proprium* quidem *accidens*; sed *commune* dumtaxat prædicamus: vt *homo est albus*, *equus currit*, & complures aliæ.

Est autem *commune accidens* (dicemus alibi) *quod simul adest*, *atque abest*, *præter subiecti corruptionem*. Tale album est, comparatione *hominis*. Namque, *esse hominem album*, *& non esse*, vera simul hodie procul dubio sunt. Quî autem hoc, nisi *albedo* simul adesset, & abesset *homini*?

CAPVT IIII.

DE TRIPLICI LEGE OPPOSITARVM.

1 NATVRA cuiusque *oppositionum* ne parum quidem innotescet nobis, si cuiusque *legem*, & *conditionem* aperiâmus.

Lex ergo, *naturàue enuntiationum contradictoriarum est*, vt in nulla materia posſint eſſe ſimul veræ, ſimúlue falſæ. Hæc autem *lex* vſqueadeò eſt conſpicua, & perſe nota, vt probatione non indigeat. Innititur enim (docet Ariſtoteles) euidentiſsimo omnium principiorum. Eſt autem illud, *quodlibet eſſe, vel non eſſe*. Si namque *contradictoriæ* ſimul eſſent veræ, aut ſimul falſæ: iam *vnum aliquid* non ſolùm diſiunctim eſſet, vel non eſſet; ſed & ſimul eſſet, & non eſſet. Id profectò (docet Ariſtoteles) quod mens explodit, tamquam euidentem repugnantiam, rationi oppoſitam, & communi hominum conceptioni abſonam.

4. *Metа.c.*3. & 4.

2 Deinde, *lex*, *naturàue enuntiationum contrariarum* eſt, vt in nulla materia poſsint eſſe ſimul veræ. Poſſunt tamen ſimul eſſe falſæ, in ſola materia contingenti: vt *omnis homo eſt albus*, *nullus homo eſt albus*. ¶ Hanc autem *legem* ſic confirmo. Si *enuntiationes contrariæ*,

quæ

quæ vniuersales sunt, veræ simul essent: veræ simul quoque *subcontrariæ* forent. Rectè enim particularis vniuersalem sequitur. Ex quo fieret, vt etiam *contradictoriæ* veræ essent. Constat namque, in *contrarijs*, & *subcontrarijs* ipsas *contradictorias* contineri.

3 Præterea, *lex, naturauè enuntiationum subcontrariarum* est, vt in nulla materia possint esse simul falsæ: Possunt tamen esse simul veræ, in sola materia contingenti: vt *aliquis homo est albus*, *aliquis homo non est albus*. ¶ Hanc autem *legem* sic statuo, Si *enuntiationes subcontrariæ* simul essent falsæ: fieret exinde, vt *contrariæ*, quibus contradicunt, redderentur veræ. Conuincit autem *contrariarum veritas contradictoriarum veritatem*, vt vidisti nuper.

Ecce, in materia naturali, & repugnanti, *vna* dumtaxat est *oppositarum lex*. Sic namque omnes veritate, & falsitate pugnant, vt *cuius-*

que

que veritas hoc ipso *falsitatem* alterius consequatur; & e conuerso.

CAPVT V.

DE ÆQVIPOLLENTIA ENVNTIATIONVM.

1 ILLAS *enuntiationes æquipollentes* vulgò compellāmus, quæ *cum eiusdem de eodem re ipsa sint*, vna tamen, aut alterā negatione differentes, tam *æquiualentes* fiunt inter se, vt mutuam efficiant consequentiam. ¶ Est ergo *æquippollentia* earum concordia enuntiationum, quæ, cùm eiusdem de eodem re ipsā sint, idem omnino valent inter se.

ÆquipolIentia est concordia enūtiationū eiusd. de eodem.

2 Huiusmodi verò *æquippollentia* quinque præceptis explicatur.

Primum est. *Enuntiationes contradictoriæ* efficiuntur inuicem æquipollentes præposita solùm negatione. Idest, *quæuis enuntiatio* fit omnino

nino eadem cum sua contradictoria; si *supposito verbi, subiectoue*, quocunque signo affectum sit, aliquam negationem præponamus. Idcircò, ista enuntiatio *omnis homo est animal* hóc ipsó æquippollebit isti *aliquis homo non est animal*, quòd dicamus *non omnis homo est animal*. Idem omnino accidet in cæteris.

Secundum est. *Enuntiationes contrariæ* efficiuntur inuicem æquippollentes, postpositâ solùm negatione. Id est, *quæuis enuntiatio vniuersalis* fit omnino èadem cum sua contraria, si *supposito verbi, subiectóue*, quocunque signo vniuersali affectum sit, aliquam negationem postponâmus. Quapropter, ista enuntiatio *omnis homo est animal*, hóc ipsó æquippollebit isti *nullus homo est animal*, quòd dicamus *omnis homo non est animal*. Idem omnino accidet in cæteris.

Tertium est. *Enuntiationes subalternæ* efficiuntur inuicem æquipollentes, negatione præpositâ, & post-

positâ

positâ. Id est, *quæuis enuntiatio* sit omnino èadem cum sua subalterna, si *supposito verbi, subiectòue*, quocunque signorum affectum sit, & vnam negationem præponamus, & postponamus alteram. Quocirca ista enuntiatio *omnis homo est animal* hòc ipsò æquippollebit isti *aliquis homo est animal*, quòd dicamus. *non omnis homo non est animal*. Idem omnino accidet in cæteris.

Quartum est: *Omnis enuntiatio vniuersalis* æquipòllet *coniuncto singularium*, & èconuersò. ¶ Ecce, cùm dicimus *omnis homo est animal*, perinde omnino est, acsi dicamus, *hic homo est animal*, & *hic homo est animal*, & ità reliqui. Idē omnino accidet in cæteris.

Quintum est: *Omnis enuntiatio particularis*, aut *indefinita* æquipòllet *disiuncto singularium*, & èconuersò. ¶ Ecce, cùm dicimus *aliquis homo est animal*, perinde omnino est, acsi dicamus, *hic homo est animal*, *vel hic homo est animal*, & ita reliqui. Idem omnino accidet in cæteris.

Vnum

Vnum tamen, antequàm hinc discessero, monendus eris. Scilicet, *æquippollentiam contradictoriarum, contrariarum*, & *subalternarum*, quæ tribus prioribus *præceptis* expedita fuit, ne insulsè quidem *hoc* solêre *versiculo* cantari.

Præ contradic. pòst contra. præ, pòstque subalter.

CAPVT VI.

DE CONVERSIONE ENVNTIATIONVM.

1 REDVCTIO syllogismorum imperfectorum ad perfectos *conuersione* potissimùm *enuntiationum* fit. Idcircò, de *illa* nobis postmodùm acturis, *hæc* erit prælibanda.

Conuersio igitur nihil aliud in præsenti est, quàm *transmutatio suppositi in appositum, & appositi in suppositum*

positum, salua ratione consequentiæ. Idem omnino dices, si definias. *Conuersio est transmutatio subiecti in prædicatum, & prædicati in subiectum, salua ratione consequentiæ.* Namque vulgò *suppositum* subiectū, *appositum* verò prædicatum nominant. Quòd, scilicet, pro *istis illa* in *enuntiatione* supponantur. ¶ Tunc ergo conuertimus, cùm *integrum subiectum*, vel *suppositum* in integrum prædicatum, vel appositum, hac formâ seruatâ, commutâmus. *Omnis homo est animal: ergo aliquod animal est homo. Nullus homo est animal: ergo nullum animal est homo. Aliquis homo est animal: ergo aliquod animal est homo. Omnis homo est animal: ergo omne non animal est non homo. Aliquis homo non est animal: ergo aliquod non animal non est non homo.*

2 *Conuersio* autem enuntiationum triplex est: *simplex, per accidens, & per contrapositionem.*

Simplex est transmutatio partium, sub

sub eadē omnino quantitate: vt *nullus homo est animal; ergo nullum animal est homo: aliquis homo est animal; ergo aliquod animal est homo.*

Per accidens est, transmutatio partium, sub diuersa quantitate: vt *omnis homo est animal; ergo aliquod animal est homo: nullus homo est animal; ergo aliquod animal non est homo.*

Per contrapositionem est, transmutatio partium, superadiectâ eis infinitate: vt *omnis homo est animal; ergo omne non animal est non homo: aliquis homo non est animal; ergo aliquod non animal non est non homo.*

3 Sic ergo *enuntiationes* conuertuntur. ¶ Vniuersalis negans, & particularis asserens, *simpliciter*. ¶ *Per accidens* vniuersales. ¶ Vniuersalis asserens, & particularis negans, *per contrapositionem.*

Hæc distichon.

Simpliciter *feci*, conuertitur *eua* per acci.
Asto per contra, sic fit conuersio tota.

Disti-

Distichon intelliges, si *quatuor litteras vocales* consueto ordine prolatas *quatuor enuntiationibus* accommodes. Priores, scilicèt, *contrarijs*, posteriores verò *subcontrarijs*, & vtrarumque *annuenti primam*, *abnuenti alteram* impertiens.

Contrarijs. A. E. Subcõtrarijs. I. O. Affirmantibus primæ. A. I. Negantibus secundæ. E. O.

Hæc distichon.

¶ Asserit *A*. negat *E*. sunt vniuersaliter ambæ.

¶ Asserit *I*. negat *O*. sunt particulariter ambæ.

CAPVT VII.

DE VIRTVTE, ET EFFICACITATE CONVERSIONIS.

1 ROBVR *conuersionis* tantum est, vt quicumque, concesso antecedenti, consequutionem neget, sit exinde pugnantia concessurus.

Nam *primùm*, si quispiam neget, *particularem asserentem simpliciter conuerti*, sic erit opprimendus. Si aliquis homo est animal, vnum planè sunt & homo, & animal. Namque *distinctum* nusquàm verificatur de *distincto*. Quocircà, *alterumuis* erit vnum alteri; homo animali, & èconuersò. Vicissim ergo verificabuntur inter se. Non enim nequeunt, quæ vnum sunt, verificari mutuò. Repugnat igitur, vt *quispiam hominum* sit animal, quin & *animalium quoppiam* homo sit.

2 *Secundò*, si quispiam, *vniuersalem negantem simpliciter conuerti* abnuat, hoc etiam pacto conuincendus erit. Si non rectè sequitur, *nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est homo*, exinde sanè futurum est, quòd antecedens sit verum, & consequens sit falsum. Rursus; si consequens est falsum, scilicèt, *nullus lapis est homo*, contradictorium erit verum, scilicèt, *aliquis lapis est homo*. Constat autem, *enuntiationem hanc, simpliciter con-*

uersam

uerſam , contradictoriam eſſe anteçedentis . Erit ergo , vel *conuerſio* efficax , vel *contradictio* vera.

3 *Tertio* , ſi *vniuerſalis aſſerens non rectè conuertitur per accidens* : fit inde conſequens, vt *ipſa contraria* vera ſint . Nam , ſi non rectè ſequitur , *omnis homo eſt animal* , *ergo aliquod animal eſt homo* : antecedens eſt verum ; & conſequens falſum . Rurſus, ſi conſequens eſt falſum , ſcilicet , *aliquod animal eſt homo* , contradictorium erit verum , ſcilicet , *nullum animal eſt homo* . Conſtat autem , *enuntiationem hanc* , *ſimpliciter conuerſam*, contrariam eſſe antecedenti. Erit ergo , vel *conuerſio* efficax , vel *contraria* vera.

4 *Quartò* , ni *vniuerſalis negans conuertatur per accidens* , futurum inde eſt , vt *contradictoria* vera ſint. Namque , ſi non rectè ſequitur , *nullus homo eſt lapis* , *ergo aliquis lapis non eſt homo* : antecedens eſt verum, & conſequens eſt falſum . Rurſus , ſi conſequens eſt falſum , ſcilicet , *aliquis*

quis lapis non est homo: futurum inde est, vt contradictorium verum sit, scilicet, *omnis lapis est homo*. Constat autem, *enuntiationem hanc, per accidens conuersam*, contradictoriam esse antecedentis. Erit ergo, vel *conuersio* efficax, vel *contradictio* vera.

5 *Demum, conuersio per contrapositionem* eamdem habet vim. Sed, quia turbulentior longè est, quàm vt reducendis *syllogismis*, aut exponendis *enuntiationibus* conueniat: ideo *illustratione illius* libenter omnino supersedeo.

Ex 2. Topic. cap. 3.

SECVN-

SECVNDA PARS LIBRI

DE OPPOSITIONE, AEQVIPOLLENTIA, ET CONVERSIONE ENVNTIATIONVM MODALIVM.

EGIMVS hactenus de *oppositione*, *aequipollentia*, & *conuersione* enuntiationum de *inesse*. Exponamus superest, quo pacto inueniantur in *modalibus*.

CAPVT PRIMVM.

DE NATVRA, ET ESSENTIA ENVNTIATIONIS MODALIS IN COMMVNI.

1 ENVNTIATIO simplex duplex est: de *inesse*, & *modalis*. *Illa enuntiatio* dicitur de *inesse*, in qua tantùm significamus,

mus, *prædicatum subiecto*, aut inesse, aut non inesse. Videre hoc est in hac enuntiatione *homo est animal*. Namque in ea tantùm significamus, animal inesse homini; non verò inesse illi necessariò, vt reuêra inest. Idem contingit in hac enuntiatione *homo est albus*. In ea namque tantùm significamus, album inesse homini; non verò, inesse illi contingenter, vt reuêra inest. Tantùmdem cernimus in hac enuntiatione *homo est lapis*. Quód in ea, lapidem inesse homini tantummodò dicamus; non verò, inesse illi impossibiliter, vt reuêra inest.

Illa enuntiatio dicitur modalis, in qua non solùm significamus *prædicatum subiecto*, aut inesse, aut non inesse; sed *modum* etiam, quo ei inest, vel non inest. Videre hoc est, in hac enuntiatione *necesse est hominem esse animal*. Namque in ea non solùm significamus, animal inesse homini; sed & inesse illi necessariò, vt reuêra inest. Idem cernimus in hac enun-

enuntiatione *contingens est hominem esse album*. In ea namque non solùm significamus, album inesse homini; sed & inesse illi contingenter, vt reuêra inest. Tantumdem accidit in hac enuntiatione *impossibile est hominem esse lapidem*. Quòd in ea, ne lapidem quidem inesse homini solummodò dicamus; sed & inesse illi impossibiliter, vt reuêra inest.

2 *Est ergo enuntiatio de inesse* oratio enuntians de subiecto, quippiam inesse, vel non inesse ei: vt *homo est animal*; *homo non est lapis*. ¶ *Erit modalis* oratio enuntians de subiecto, quomodò ei vel quippiam insit, vel non insit: vt *necesse est hominem esse animal*; *necesse est hominem non esse lapidem*.

CAPVT II.

DE MODIS LOGICIS, QVIBVS ENVNTIATIONES SIMPLICES EFFICIVNTVR MODALES.

1 NOMINE *modi* nihil profectò aliud intelligimus, quàm vocem quandam, quæ in caussa est, vt *enuntiatio sit modalis*. Omnium, qui hùc afferri possunt, quatuor præcipui, ac celebriores sunt. *Possibile*, *contingens*, *impossibile*, & *necesse*.

Quilibet istorum bifariam potest in enuntiatione collocari: vt nomen, vtque aduerbium.

Collocatur, *vt nomen*, quando ipsum de *dicto* prædicamus: vt *possibile est Petrum currere*. ¶ Vocatur *dictum*, *quod oratione infiniti desig*. *natur* Proinde fortè, quòd *ipsum* certè

çertè sit, *quod* tale dicitur. *Ipsum* namque est, quod possibile, contingens, impossibile, aut necessarium esse, dicimus. ¶ Dupliciter namque prædicatur *aliquid*. Vel quòd *ipsum* de alio prædicemus: vel obinde solùm, quòd *aliud ipsum esse* prædicando dicimus. ¶ Vtrùmque simul videre est, in hac oratione *homo est animal*. Namque in ea (quod clarè vides) *homo* dicitur, & prædicatur *animal*, & *animal* de homine. ¶ Habes primò, *prædicari*, & *dici* subiecti simul, ac *prædicati esse*. Sed diuersa ratione. Namque *subiectum* dicitur *esse aliud*; non de alio: *prædicatum* verò simul dicitur *aliud*, & *de alio*. ¶ Habes insuper, *quod oratio infinitiui modi* in *modali* significat, quo sensu hactenùs appelletur *dictum*. Non, inquam, quòd de alio dicitur (quî enim *subiectum* de prædicato *modo* diceretur?) sed quòd *aliud esse*. Dicimus enim, *dictum esse possibile*, vel aliud. In quo vtique (quod clarè vides) ne *dictum* de

modo;

modo; sed *modum* de *dicto* prædicâmus.

Cal locatur, vt aduerbium, si verbo enuntiationis de inesse apponâmus eum: vt *Petrus currit possibiliter*.

Modi præterea significando differunt. ¶ Dicitur enim *possibile*, quicquid esse potest: siue non esse possit; siue nequeat: vt *hominem esse animal*. ¶ Dicitur *contingens*, quod tam quidem esse, quàm non esse, potest: vt *hominem esse album*. ¶ Vocatur *impossibile*, quicquid esse nequit: vt *hominem esse lapidem*. ¶ Dicitur *necessarium*, quod nequit non esse: vt *hominem esse animal*.

2 Hinc habemus, *enuntiationes modales* quandonè veræ, quandouè falsæ, existimandæ sint. ¶ Tunc ergo *enuntiatio modalis de possibili* vera fuerit, quando *dictum* ipsius sit possibile. Idque, *contingens* sit, vel *necessarium*. Namque *possibile* commune est contingenti, & necessario, eisque superius. ¶ Tunc *enuntia-*

tio

tio modalis de *contingenti* vera fuerit, quando *dictum* ipsius sit contingens. Idque, nisi *contingens* tam latè (quod fieri solet) vsurpetur, vt reciprocetur cum *possibili*. ¶ Tunc *enuntiatio modalis* de *impossibili* vera fuerit, quando & *dictum* ipsius impossibile. Illud autem repugnare censeri debet, cuius *subsistentia* puram contradictionem implicaret: vt, *brutum esse hominem*. ¶ Tunc demum *enuntiatio modalis* de *necesse* vera fuerit, quando & *dictum* ipsius necessarium. Erit autem falsa, si contingens *dictum*, vel necessarium fuerit.

3 Ergo *veritas*, vel *falsitas modalium* ex *ipso* cuiusque *dicto* pensanda est. ¶ Namque primùm *enuntiatio modalis* de *possibili* tunc solùm falsa necessariò erit, quando *dictum* ipsius sit repugnans: vt *possibile est hominem esse brutum*. ¶ Rursus, *enuntiatio modalis* de *contingenti* multò faciliùs falsa redditur. Falsificatur enim, *dictum* sit necessarium,

vel

vel repugnans: vt *contingens est hominem esse animal, contingens est hominem esse lapidem*. ¶ Deinde *enuntiatio modalis* de *impossibili* falsa quidem erit, quomodocùmque *dictum* sit possibile: vt *impossibile est hominem esse animal, impossibile est hominem esse album*. ¶ Demum *enuntiatio modalis* de *necesse* hòc etiam ipsò falsa erit, quòd *dictum* eius, aut contingens sit, aut impossibile: vt *necesse est hominem esse album, necesse est hominem esse lapidem*.

CAPVT III.

DE NVMERO MODALIVM.

1 PRIMVM *enuntiatio modalis* duplex est: *composita*, & *diuisa*. ¶ *Composita* est, qua significamus, *formam* subiecti, & *formam* prædicati in eâdem simul materia cohærere

hærere posse. ¶ *Diuisa* est, qua significamus *formam* subiecti, & *formam* prædicati in eadem quidem materia cohærere posse: non tamen simul; sed diuisè.

Vtrumque constat in hac *enuntiatione possibile est sedentem ambulare*, quæ vtriusque sensus capax est. Nam, si in *sensu composito* sumatur, posse fieri enuntiat, vt *sedens*, quandiù sedet, surgat, & deambulet. Id certè, quod difficultatem implicat, vt patet. Si autem in *sensu diuiso* eam vsurpemus, fieri posse dicimus, vt deambulet pòst, qui modò sedet. Id certè, quod haud difficulter accidit, vt liquet.

2 Deinde, *singuli modi* quatuor *enuntiationes* modificari possunt. ¶ *Prima* est, in qua tam *modus*, quàm *dictum* affirmantur: vt *possibile est Socratem disputare*. ¶ *Secunda* est, in qua tam *modus*, quàm *dictum* abnegantur: vt *non possibile est Socratem non disputare*. ¶ *Tertia* est, in qua affirmatur sanè *modus*;

sed

sed abnegatur *dictum*: vt *possibile est Socratem non disputare*. ¶ *Quarta* est, in qua abnegatur èconuersò *modus*, *dictumque* affirmatur: vt *non possibile est Socratem disputare*. Vnde, cùm *quatuor sint modi*, quorum *singuli* totidem *enuntiationes* modificari queant: fit inde consequens, vt *enuntiationes modales*, quas tractâmus, sedecim minimùm futuræ sint.

CAPVT IIII.

DE QVANTITATE ENVNTIATIONVM MODALIVM.

1 POSSEMVS vltrà *modos*, *modalesque* partiri. Hoc tamen faciliùs multò facturi sumus, si quantitatem eorum extricemus.

Duplex ergo *quantitas* reperitur in

in *modalibus* : *dicti*, & *modi*. ¶ *Quantitas dicti* est, quæ tantùm afficit *subiectum dicti*. Et secundùm *istam quantitatem*, *modales vtique*, quocumque modo constent, *vniuersales*, aut *particulares*, aut *indefinitæ* : aut non item; sed *merè singulares*, esse possunt. ¶ *Quantitas modi* est, quæ splendet quidem in *verbo dicti*; sed designatur *modo*. Et secundùm *istam quantitatem*, *modales* pariter, ex quantocùmque subiecto *dictum* constet, *vniuersales* quoque, aut *particulares* appellantur. Ecce, *quantitas modi*, quæ propria est *modalis*, vt huiusmodi, nihil profectò aliud, quàm *verbum dicti*, afficit. Facit namque, vt *verbum dicti* aut pro vniuerso tempore, aut pro aliquo definito, supponatur.

Sunt ergo *modales*, quæ *vniuersales* erunt, ex quocumque subiecto *dictum* constet. ¶ Supersunt aliæ, quæ futuræ sunt *particulares*, ex quantocùmque *dictum* coalèscat.

Sunt *vniuersales*. *Necesse est Socra-*

cratem esse animal: *impossibile est Socratem esse lapidem*. Nam isti modi *necesse*, & *impossibile* ita *verbum dicti*, & *copulam* afficiunt, vt pro vniuerso eam tempore distribuant. ¶ Facit enim *necesse*, vt *dictum* istud *Socratem esse animal* stet pro *semper esse*. Quòd numquam non sit, quod necessarium est: vt *Socratem esse animal*. Facit etiam *impossibile*, vt *dictum* illud *Socratem esse lapidem* stet pro *numquàm esse*. Quòd semper non sit, quod impossibile: vt *Socratem esse lapidem*.

Sunt *particulares*. *Contingens est*, *omnem hominem disputare*: *contingens est omnem hominem non disputare*. Facit enim *contingens*, vt *dicta hæc omnem hominem disputare*, *nullum hominem disputare*, ne pro *omni* quidem; sed pro *nonnullo tempore*, ponantur. Scilicèt, pro *interdum*, pro *quandoque*, pro *aliquando*. Namque, quod *contingens* est, modò est, modò non est: vt *disputare hominem*.

2 Duo hinc habemus. *Primum est.* Duplicem esse *enuntiationem modi.* ¶ Vna est de *dicto singulari*: vt *possibile est, Socratem disputare.* ¶ Alia est de *dicto communi, & vniuerso*: vt *possibile est hominem esse animal.*

Secundum est. Enuntiationes de dicto singulari eam ex sese *quantitatem logicam habere*, quæ omnem *oppositionem*, omnèmque *æquippollentiam* fundare possit.

CAPVT V.

DE OPPOSITIONE, ET ÆQVIPOLLENTIA ENVNTIATIONVM MODALIVM DE DICTO SINGVLARI.

1 OPPOSITIO, & *æquipollentia enuntiationum modalium* facillimè omnium innotescent, dum iterum breuì, dicta de *modis* recolamus. Quantum enim in *enuntiationibus de inesse* signa faciunt,

Quod signa in de inesse id modi faciunt in modalibus.

ciunt, tantumdem *modi* faciunt in *modalibus*.

Rursus, vt *signum* triplex est, *omnis*, *nullus*, *aliquis*: sic etiam *modus* triplex est, *necesse*, *impossibile*, & contingens.

Deinde, sicut *omnis* signum est vniuersale asserens, *nullusque* negans, & *aliquis* particulare: ita *necesse* modus est vniuersalis asserens, *impossibile* negans, & *contingens* particularis.

Præterea, sicut *omnis*, & *nullus* in *enuntiationibus de inesse contrarias* faciunt, ex solàque affirmatione, & negatione copulæ *aliquis* facit *subcontrarias*: ita *necesse*, & *impossibile* faciunt *modales* contrariari; ex solàque affirmatione, & negatione *dicti contingens*, vel *possibile*, *subcontrarias* facit.

Quãtitas modorũ, quã æquãtur signis.

Hæc distichon.

Omnis necesse valet, impossibile nullus:
Possibile quidam, quidam non possibile non.

Est ergo vniuersalis asserens. *Necesse*

cesse est Socratem disputare. ¶ Particularis asserens. *Possibile est Socratem disputare*, Est vniuersalis negans. *Impossibile est Socratem disputare*. ¶ Particularis negans. *Possibile est Socratem non disputare*.

Subcontrariæ.

Sunt insuper contrariæ. *Necesse est Socratem disputare : impossibile est Socratem disputare*.

Contrariæ.

Sunt verò subcontrariæ. *Possibile est Socratem disputare : possibile est Socratem non disputare*.

Subcontrariæ.

Sunt contradictoriæ. *Necesse est Socratem disputare: possibile est Socratem non disputare*. Itidem istæ. *Impossibile est Socratem disputare: possibile est Socratem disputare*.

Contradictoriæ.

2 Item, vt *omnis*, & *nullus*, negatione postposita, æquipollentia sunt: sic etiam *necesse*, & *impossibile*. Sicut enim *omnis non* nullus est, *nullus non* omnis: pariter quoque *necesse non* impossibile, *impossibile non* necesse est.

AEquipollentiæ modaliũ.

Amplius, vt *vniuersa signa*, negatione præposita, *contradictorijs* æquipollens:

pollent: sic etiam *modi*. Vt enim *non omnis* aliquis non, *non aliquis non* omnis, & *non nullus* aliquis, & *non aliquis* nullus est: pariter sunt: *non necesse* possibile non, *non possibile non* necesse, *non impossibile* possibile, & *non possibile* impossibile.

AEquipollentia modaliū. ¶ Demum, vt *signa subalterna*, negatione præposita, & postposita, æquipollentia fiunt: sic quoque *modi*. Vt enim *non omnis non* est aliquis, *non aliquis non* omnis: sic etiam *non necesse non* possibile, *non possibile non* necesse est.

Vniuersales affirmatiuæ. 3 *Æquiualent* primò: *Necesse est Socratem disputare: impossibile est Socratem non disputare: non possibile est Socratem non disputare: non contingens est Socratem non disputare*. Et sunt omnes vniuersales afferentes.

Vniuersales negatiuæ. *Æquiualent* secundò. *Impossibile est Socratem disputare: necesse est Socratem non disputare: non possibile est Socratem disputare: non contingens est Socratem disputare*. Et omnes sunt vniuersales abnegantes.

Æqui-

Æquiualent tertiò. *Possibile est Socratem disputare : contingens est Socratem disputare : non impossibile est Socratem disputare: non necesse est Socratem non disputare.* Et omnes sunt particulares asserentes.

Particulares affirmatiuæ.

Æquiualent quartò. *Possibile est Socratem non disputare : contingens est Socratem non disputare: non impossibile est Socratem non disputare: non necesse est Socratem disputare.* Et omnes sunt particulares abnegantes.

Particulares negatiuæ

Ecce, qua arte *oppositionem*, & *æquippollentiam enuntiationum de inesse* venabâmur, eâdem protinus, inueneris illas in *modalibus*. Hanc Heroïcè nescio quis Psaltes sic occinuit.

Ars inueniendi oppositionẽ, & æquipollentiam enũtiationum modalium, & de inesse.

Præ contradic. post contra. præ, postque subalter.

CAPVT VI.

DE COMMVNI ARTE OPPOSITIONEM, ET AEQVIPOLLENTIAM ENVNTIATIONVM MODALIVM INVENIENDI.

1 OMNES *sanos*, quibus *præcedens ars oppositionem*, & *æquippollentiam inueniendi* semel innotuerit, euestigiò *communem* neglecturos, arbitror. Eam tamen obinde quoque inseram, vt vel *ipsa*, quàm sit perplexa, & intrincata, ostendat omnibus.

Ars igitur quatuor his dictionibus exprimitur. *Amauimus*, *Edentuli*, *Illiace*, *Purpurea*.

In qualibet istarũ quatuor sunt litteræ *vocales*. Sunt litteræ. *A. E. I. V.* ¶ In littera *A.* statuitur *modalis*, in qua tã *modus*, quàm *dictum* affirmatur:

vt

vt *possibile est Socrate disputare.* ¶ In littera *E.* statuitur *modalis*, in qua negatur *dictum*; sed affirmatur *modus*: vt *possibile est Socratem non disputare.* ¶ In littera *I.* statuitur *modalis*, in qua negatur *modus*; sed *dictum* affirmatur: vt *non possibile est Socratem disputare.* ¶ Demum in littera *V.* ea sola *modalis* statuitur, in qua tã *modus*, quàm *dictum* abnegantur: vt *non possibile est Socratem non disputare.*

Hinc versus.

E. dictum negat, I. que modum, nihil A. sed V. totum.

2 Rursus, in *singulis litteris* cuiuslibet dictionis, *singuli modi* constituendi sunt. *Possibile* in prima: *contingens* in secunda: *impossibile* in tertia: *necesse* in quarta.

Hinc versus.

Possibile, contingens, impossibileque, necesse.

Hæc autem omnia eò sanè spectant; vt intelligamus, omnes illas *enuntiationes*, quæ in eâdem *dictione* re-

ponuutur, *compares* omnino, & *æquipollentes* fore inter sese.

3 Exinde quoque *oppositionem* nosces. ¶ Sunt enim *particulares*, quotquot in *Amauimus*, quæque in *Edentuli* ponuntur: affirmantes illæ; negantes istæ. Ecce *subcontrarias*. ¶ Sunt *vniuersales* quotquot in *Illiace*, quæque in *Purpurea* collocantur: negantes illæ, affirmantes istæ. Ecce *contrarias*. ¶ Erunt igitur *contradictoriæ*: *Amauimus*, *Illiace*: *Edentuli*, *Purpurea*.

Hæc *Tyronibus*. Si plura adhuc *Veterani* optent, *Sophistas* consulant, qui in huiusmodi *nænijs* extricandis, *totum philosophandi otium* conterendum putant.

LIBER

LIBER TERTIVS, DE SYLLOGISMIS.

AVTORE SALIO.

PROLOGVS.

1 PERVENIT iam *synthesis* ad ipsum principiũ *analyseos*: vt exinde *analysis* ad principium *syntheseos* regrediatur. *Compositio* namque, & *resolutio* ita certè vicissim opponuntur, vt

vt *initium vtriusuis finis sit*, ac *terminus alterius*.

Ecce, *syllogismo duplicem* hactenus *materiam* præparaui: *remotā* primò; *proximam* pòsthac. *Materia remota syllogismi* in tribus tantùm *terminis* cōstituenda est. Scilicet, in *duobus quæstionis*, & in *tertio* insuper, eo animo à respondente *inuento*, vt *priores coniungat*, vel *disiungat*. Namque, si quærat vllus, *vtrùm omnis homo rideat*: aderunt profectò *duo termini*: *homo*, & *ridens*. *His* tamen *duobus ridere omnem hominem*, haudquàquam profectò concludemus. Disquirendus ergo

ergo *tertius* eſt, cui *homo*, & *ridens* coniungantur. Sit ille *terminus*, *definitio hominis*.

Nequibis autem *duos quæſtionis terminos* cum inuento *tertio* copulare, niſi *duas* ex eis *propoſitiones* coagmentes. Ambas ex *tertio*, vtràmuis ex *altèrutro*. ¶ Ecce, cur *tertius terminus medium* ab Ariſtotele dicatur. Proinde, ſcilicet, quòd *nexus* ſit, cuius interuentu *extremos* quæſtionis copulamus.

Priorum inſuper, *maius extremum vnus*, *minus extremum alter*, appellatur. *Illud*, qui *tertio* in *prima*; *iſtud* verò, qui in

in *ſecunda*, nectitur. *Prima propoſitio maior, ſecunda minor, tertia* verò, quæ ex *maiori*, & *minori extremo* coaleſcit, *concluſio* in Scholis nominatur.

Syllogiſmus ergo tribus dumtaxàt *terminis*, & duabus *propoſitionibus*, vnaque *concluſione* conſtet, neceſſum eſt.

Habemus iam *totam materiam ſyllogiſmi*: *formam* deinceps diſquiramus.

CAP.

CAPVT PRIMVM.

DE ESSENTIA, ET QVIDDITATE SYLLOGISMI.

1 ARISTOTELES 1. libro de *priori analysi*, capite 1. sic certè *syllogismum* definiuit. *Syllogismus est oratio, in qua, quibusdam positis, aliud ab his necessariò accidit, eò, quòd hæc sunt.* Perinde sunt hæc, acsi dixisset. Syllogismus est argumentatio, in qua *duæ enuntiationes*, ex tribus dumtaxat terminis effectæ, sic in *modo*, & *figura* disponuntur, vt *tertiam enuntiationem* necessariò inferant. ¶ Hæc definitio syllogismi, vsqueadeo profectò illustris est, vt, vel ex *primo intuitu*, cuius *ea* sit, manifestè pateat. Non enim *cuiusuis syllogismi definitio* est; sed *eius* tantùm, *qui* neccessariò infert. Vniuersam

uersam disoluit *conuenientiam* , vltimò ab alijs *definitum* separans. Patescet hoc , si *communitates omnes* percurramus.

Conuenit *syllogismus* cum alijs *consequentijs* , in præcissa ratione *consequentiæ*. Ratio autem præcissa *consequentiæ* (supra diximus) in eo solùm est , vt *connexionem* denotet ; non autem in eo , vt *consequens* connexum sit *antecedenti*.

At *syllogismus* , quem isthîc definit Aristoteles , talis profectò futurus est, vt *consequens eius* connexum *antecedenti* futurum sit. Id profectò, in quo ab *omnibus malis consequentijs* (falsas illas possêmus appellare) necessariò differt. Idcircò *definitio hæc*, eorum dumtaxat *syllogismorum* propria est, quos in *modis vtilibus cuiusque figuræ syllogisticæ* formaturi sumus; non item eorum, qui in *inutilibus*, & *cassis* formari possent.

2 Illis vocibus *quibusdam positis*, quæ *trium terminorum* in *duplici propositione constitutionem denotant*, manifestè

nifestè secernit *syllogismum*, ab *enthymemate*, *exemplo* & *inductione*. Quòd in *his*, & paribus, ne ex duâbus, triplici *termino* constantibus, *tertiam enuntiationem* colligâmus. Quid ergo? Aut *vnum ex vno*: vt in *enthymemate*, *conuersione*, *exemplo*. Aut *vnum ex pluribus*: ne sanè digestis; sed congestis: vt in *inductione*, vel *ascensu*.

Rectè ergo dixerim, *deffinitionem syllogismi* eousque profectò cōspicuam esse, vt, facilè intellecta, *cuius ipsa sit*, manifestè monstret. Vtrū autem, *physica* sit, an *metaphysica*, aliunde colliges. Notescent hæc ampliùs in decursû: parumper audi.

CAP.

CAPVT II.

DE SYLLOGISMO PERFECTO, ET IMPERFECTO.

1 ARISTOTELES libro, & capite proximè citatis, *definitum syllogismum* sic diuisit. Syllogismus duplex est; perfectus, & imperfectus.

Syllogismus perfectus est, qui, vt necessarius, & efficax appareat; nullius indiget. Est enim per se ipsum vsqueadeò clarus, & conspicuus, vt *necessaria*, & *insolubilis connexio consequentis cum præmissis neminem sanè latere possit: statim quippe audientibus patescat*. Talis est iste syllogismus. *Omnis virtus est qualitas: omnis iustitia est virtus: ergo omnis iustitia est qualitas.*

Syllogismus imperfectus est, qui,

vt

vt necessarius, & efficax appareat, vnius, vel plurium indiget. Non enim per se ipsum eoùsque nobilis, & clarus est, vt *necessaria*, & *insolubilis connexio consequentis* illius cum *præmissis*, non certè possit, aut aliquem latêre, aut patefieri magis. *Vnius*, vel *plurium* indigere dicitur, quò *necessitas* eius illucescat: quia *vno*, vel *pluribus* illustrari solet. Scilicet, vnius, vel plurium *conuersione*, *commutatione* præmissarum, *reductione* ipsius ad perfectum, vel *deductione* ad impossibile.

2 In *syllogismis* autem dupliciter concludimus: directè, & indirectè. ¶ Concludimus directè, *maius extremum* de *extremo minori* prædicantes. Exemplo rem dilucidemus. *Omnis virtus est qualitas: omnis iustitia est virtus: ergo omnis iustitia est qualitas.* ¶ Indirectè concludimus, cum *minus extremum* de *maiori* cōtrà prædicamus. Repetamus exemplū. *Omnis virtus est qualitas: omnis iustitia est virtus: aliqua ergo qualitas est iustitia.*

3 Vnum hic subdiderim, quod ampliùs patescet in sequentibus. Scilicet, *primam figuram* eam esse, vt in ipsa tam *directè*, quàm *indirectè* concludi possit. Aliter fiet in *secunda*, & *tertia*: quòd in eis nusquàm non *directè* concludendum fuerit. *Rationem huius* maturiùs alibi redditurum spera.

CAPVT III.

DE TRIPLICI FIGVRA SYLLOGISMI.

1 FIGVRA syllogistica nihil aliud esse putanda est, quàm *dispositio medij, habita ratione subiecti*, & *prædicati*.

Hæc autem *dispositio* triplex est. Namque *medium* vel est subiectum in *maiori*, & prædicatum in *minori*: vel prædicatum *vtriusque*: vel subiectum in *vtraque*. ¶ Hinc est *figura*

ra triplex: *prima*, *secunda*, *tertia*.

Prima figura est, quando *medius terminus syllogismi* est subiectum in *maiori*, & prædicatum in *minori*: vt *omne rationale ridet*: *omnis homo est rationalis*: *ergo omnis homo ridet*.

Secunda figura est, quando *medius terminus* est prædicatum in *vtraque*: vt *nullus homo hinnit*: *omnis equus hinnit*: *ergo nullus homo est equus*.

Tertia figura est, quando *medius terminus* est subiectum *vtriusque*: vt *omnis homo ridet*: *omnis homo est rationalis*: *ergo aliquod rationale ridet*.

CAPVT IIII.

DE MODIS CVIVSQVE TRIVM FIGVRARVM.

1 MODVS *syllogisticus* nihil aliud profectò est, quã *dispositio præmissarum*, *habita ratione quantitatis*, *in affirmando*, *vel*

negando. Possunt autem, in *qualibet figura*, decem, & sex *modi* excogitari. Quod sic ostenditur. ¶ Nam, vel *vtraque præmissa* est vniuersalis: vel *vtraque* particularis: vel *maior* est vniuersalis, & *minor* particularis: vel contrà *maior* est particularis, & *minor* vniuersalis.

2 Si igitur *ambæ sint vniuersales*: vel affirmat *vtraque*: vel negat *vtraque*: vel affirmat *maior*, negat *minor*: vel contrà affirmat *minor*, negat *maior*. Et hinc enascuntur *quatuor modi* de vtrâque præmissa vniuersali.

Rursus, si *ambæ sint particulares*: vel affirmat *vtraque*: vel negat *vtraque*: vel affirmat *maior*, negat *minor*: vel contrà affirmat *minor*, negat *maior*. Et hinc enascuntur *quatuor modi* de vtrâque præmissa particulari.

Deinde, si *maior* sit vniuersalis, & *minor* particularis: vel affirmat *vtraque*: vel negat *vtraque*: vel affirmat *maior*, negat *minor*: vel èconuersò affirmat *minor*, negat *maior*. Et hinc enas-

enascuntur *quatuor modi* de *maiori* vniuersali, & *minori* particulari.

Demum, si *maior* sit particularis, & *minor* vniuersalis: vel affirmat *vtraque*: vel negat *vtraque*: vel affirmat *maior*, negat *minor*: vel èconträriò affirmat *minor*, negat *maior*. Et hinc enascuntur *quatuor modi*, de *maiori* particulari, & *minori* vniuersali.

Ecce, in qualibet *figura sedecim modi* excogitari possunt. Quòd *scrutinium hoc* idem in singulis pariter sum fuerit.

CAPVT V.

DE BREVI QVADAM ARTE APTOS, VTILES, ET CONSISTENTES MODOS DIGNOSCENDI.

1 SVMMA ergo difficultas in eo prorsus est, vt, in *qualibet figura*, aptos, vtiles, & consistentes *modos* discernamus. Id profectò, inquo ne

ne parum quidem *Aristotelem*, huius ingeniosissimæ artis *inuentorem*, insudasse constat. Legito illum 1. libro de *Priori Analysi*, capite 4. 5. & 6. Et videbis, quanto ingenio *eam artem* nobis Philosophus inuenerit, quæ potissima omnium absque dubio est.

Ego autem, *acroamatica relicta*, vtpotè difficilior sit, quàm vt *tyronibus* conuenire possit, ad *exotericam* confugio. Eam scilicet, qua *exoterici* iamdiù nobis *prolixiorem* Philosophi expedierunt.

Intelliges, si aduerteris, Aristotelem in *prima figura quatuor* tantùm *modos aptos*, *vtiles*, & *consistentes reperisse*: totidem in *secunda*: sex in *tertia*. Cum ergo *differentiæ modorum*, ne aliunde quidem desumendæ fuerint, quàm ex affirmando, vel negando sub hac quantitate, vel sub illa: factum inde fuit, vt *vulgares Logici*, quò *modos* vtiles, ab inutilibus discernerent, *singulis modis consistentibus* singulas *voces* adaptarint.

rint. Eas, scilicet, quæ *singulorum modorum differentias* aptissimè omnium indicarent. Vnde, sicut cuiusque modi *syllogismus* ex tribus solùm *enuntiationibus* concrescit: ita etiam *vnaquæque vocum* ex tribus constat *litteris vocalibus*. *Maior* in prima, *minor* in secunda, *conclusio* in postrema denotatur. Sunt litteræ. A. E. I. O. ¶ *Duæ priores*, scilicet, A. E. duarum notæ vniuersalium sunt: affirmantis *prima*; negantis *altera*. ¶ *Duæ posteriores*, scilicet, I. O. notæ sunt particularium: *isthæc* negantis; asserentis *illa*.

Hæc distichon.

Asserit A. negat E. sunt vniuersaliter ambæ.
Asserit I. negat O. sunt particulariter ambæ.

2 Accipito voces, quibus quatuor primæ figuræ modos iampridem nobis *vulgares Logici* extricarunt. *Barbara*, *Celarent*, *Darij*. *Ferio*. Sed quoniam in *syllogismis* primæ

figuræ syllogisticæ dupliciter possumus concludere, directè, scilicèt, & indirectè: ideo *exoterici*, quo *artem syllogisticam* non nihilo cumulasse viderentur, *quatuor perfectis* ab Aristotele repertis *quinque alios modos*, sed imperfectos, adiecerunt. *Alexander Aphrodisæus*, super 1. libro *Priorum Analiticorum*, ad *primam figuram syllogisticam*, *Teophrastum*, *discipulum*, & *auditorem* Aristotelis, *hos quinque modos syllogisticos*, ne aliunde quidem, quàm ex ipso *Magistro*, collegisse refert. Scilicet, ex 1. libro Priorum, cap. 7. & ex 2. cap. 1. Sunt *modi*, quos his vocibus vulgò denotâmus. *Baralipton*, *Celantes*, *Dabitis*, *Fapesmo*, *Frisesomorum*.

Alexander.

Theophrastus.

1 Priorum c. 2. & 2. cap. 1.

3 Demum, *decem modi consistentes*, qui in *secunda*, & *tertia figura* reperiuntur, à nostris *exotericis*, totidem sanè vocibus extricati sunt. ¶ Quatuor *secundæ* his. *Cesare*, *Camestres*, *Festino*, *Baroco*. ¶ Sex *tertiæ* istis. *Darapti*, *Felapton*, *Disa-*

Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

Ecce *ars expeditissima*, qua *modos vtiles*, & *consistentes* cuiusque trium figurarum, ab *inutilibus* secreueris. In quo non erit ampliùs immorandum; sed differenda cuncta, vsquedum *ingeniosam indaginē Philosophi* opportuniùs alibi rimari liceat. Eam profectò, quam eò faciliùs assequuturus eris, quò magis tete in *hac introductoria* exercitandum cures. Cuius efficiendi ne vsquàm tibi occasio desit, accipito *artem*, eamque totam, quatuor solùm carminibus expressam.

¶ *Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton.*

¶ *Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.*

¶ *Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti.*

¶ *Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.*

CAP.

CAPVT VI.

DE DVOBVS PRINCIPIIS, PERSE NOTIS, IN QVAE TANDEM VNIVERSVM HOC OPVS SYLLOGISTICVM RESOLVENDVM EST.

1 DVO sunt *principia*, naturali lumini intellectus perse ipsa cõspicua, & euidentia, quibus *vniuersa ars syllogizandi* suffulta est. Sunt ea hæc. *Dici de omni*, & *dici de nullo*.

Ars syllogistica quibus principijs innitatur

Dici de omni est, ita *prædicatum* de *subiecto* dici, vt dicatur etiam, de quocumque *subiectum* affirmetur. ¶ Ecce, *prædicatum* enuntiationis vniuersalis affirmantis apertè dicitur *de omni*. Namque, quo pacto affirmatur de *subiecto*, eôdem pariter de *singulis inferioribus subiecti* affirmari potest.

Dici de nullo est, ita *prædicatum* de

de *subiecto aliquo* negari, vt negetur etiam, de quocumque *subiectum* affirmetur. ¶ Ecce, *prædicatum* enuntiationis vniuersalis inficiantis apertè dicitur *de nullo*. Namque, qua ratione negatur de *subiecto*, eâdem pariter de *singulis inferioribus subiecti* abnegari potest.

2 Hæc autem principia eousque nobis se ipsis perspecta, & manifesta sunt, vt nequeamus ipsis dissentiri. Nam quiesceret nonnullus, dum quiuis currit: curreret aliquis, dum quiuis quiescit: vnà vnum esset, & non esset. Id profectò (docet Aristoteles) quod *mens* explodit, tamquàm claram, & euidentem *repugnantiam*, rationi absonam, & communi animi conceptioni aduersam.

4. *Metap. c.* 3. & 4.

3 His ita prælibatis, vnum hîc nobis aduertendum erit. Scilicet, *syllogismos imperfectos* exinde profectò vim habere, quòd reduci, reuocariue posśint ad *perfectos*. ¶ Sunt perfecti. *Barbara, Celarent, Darij, Ferio*. Duo affirmatiui: *Barbara*, scili-

scilicet, & *Darÿ*. Et duo negatiui; *Celarent*, & *Ferio*.

Syllogismi perfecti affirmatiui exinde profectò vim habebunt, quòd *prædicatum maioris* re ipsâ affirmetur, *vt de omni*. Dicetur etiam, de quocumque *subiectum* affirmetur.

Constat autem, *subiectum maioris* de subiecto minoris affirmari, vt in *minori* liquet. In *conclusione* igitur *prædicatum maioris* rectè etiam de *subiecto minoris* affirmatur.

Prætereà *syllogismi perfecti negatiui* exinde quoque planè roborantur, quòd *prædicatum maioris* re ipsâ dicatur, *vt de nullo*. Negari ergo poterit, de quocumque *subiectum* affirmetur. Constat autem, *subiectum maioris* de subiecto *minoris* affirmari, vt in minori patet. In *conclusione* igitur *prædicatum maioris* rectè etiam de *subiecto minoris* abnegatur.

Ecce, antecedenti *syllogismi perfecti* semel dato, *consequens negare*, nefas hinc omnibus habendum erit.

CAP.

CAPVT VII.

DE REDVCTIONE OSTENSIVA SYLLOGISMORVM IMPERFECTORVM AD PERFECTOS.

1 OMNES *syllogismi imperfecti* reducuntur, vel reuocantur ad *perfectos*: non quiuis ad quemlibet; sed ad illum tantùm, qui eiusdem sit litteræ initialis. *Ars*, & *methodus* facilis, si aduertas, futura est. Hoc enim solo præcepto constat. Quiuis imperfectus efficitur perfectus, si *enuntiatio litteræ*, quæ præcedit S. conuertatur simpliciter: per accidens, quæ P. mutenturque præmissæ vna in alteram, quandocumque *modus* M. constet.

2 Exequamur præceptum, & liquêbit. *Baralipton* efficitur *Barbara*, con-

conuersâ conclusione per accidens.

Celantes efficitur *Cesare*, conuersâ conclusione simpliciter.

Dabitis efficitur *Darij*, conuersâ conclusione simpliciter.

Fapesmo efficitur *Ferio*, conuersis præmissis, maiori per accidens, minori simpliciter, vicissìmque mutatis.

Frisesomorum efficitur *Ferio*, vtrâque simul præmissarum simpliciter conuersa, in aliàmque mutata.

Cesare efficitur *Celarent*, conuersa maiori simpliciter.

Camestres efficitur *Celarent*, minori, & conclusione simpliciter conuersis, mutatisque præmissis.

Festino efficitur *Ferio*, conuersâ simpliciter maiori.

Darapti efficitur *Darij*, conuersâ per accidens minori.

Felapton efficitur *Ferio*, conuersâ minori per accidens.

Disamis efficitur *Darij*, maiori, & conclusione simpliciter conuersis, mutatisque præmissis.

Datisi

Datisi efficitur *Darij*, conuersâ minori simpliciter.

Ferison efficitur *Ferio*, minori etiam simpliciter conuersâ.

3 Vnum hîc subdiderim. Scilicet *Baroco*, & *Bocardo*, ne hac via quidem ad *vllum perfectorum* reuocari posse. Valebunt tamen aliâ *Deductione*, scilicet, ad *impossibile*. Id profectò, quod planè fiet, si loco *præmissæ*, quæ præcedit C. *contradictoriam* ponamus conclusionis. Sic artem canito.

Simpliciter verti vult S. P. verò per acci.

M. vult transponi, C. verò per impossibile duci.

CAPVT VIII.

DE REDVCTIONE SYLLOGISMORVM IMPERFECTORVM AD PERFECTOS, DEDVCENDO AD IMPOSSIBILE.

1 IN *REDVCTIONE syllogismorum imperfectorum ad perfectos*, tunc aduersarium deduces ad absurdum, cùm ex *contardictorio conclusionis*, & vna præmissarum, *contradictoriam* alterius planè colliges. Hoc tamen non fit in omnibus eâdem arte.

Nam in *reductione imperfectorum primæ figuræ* id debet obseruari; vt ex *contradictorio conclusionis* efficiatur *maior*, & ex *maiori* minor, inferatúrque *contradictorium minoris prætermissæ*. ¶ Excipitur *Celantes*: in quo èconuersò ex *contradictorio conclusionis* efficitur *minor*, & ex

ex minori *maior*, vt *contradictorium maioris* inferatur.

Deinde, *imperfecti primæ*, & *secundæ figuræ* longè aliter reducendi sunt. ¶ Namque in *modis secundæ*, retinenda est *maior*, &, facta minori ex *contradictorio conclusionis*, contradictorium *minoris* inferendum est. ¶ In *modis* autem *tertiæ*, retinenda est *minor*, &, facta maiori ex *contradictorio conclusionis*, contradictorium *maioris* inferendum est.

Sic ista canunt.

Seruat maiorem, variàtque secunda minorem.
Tertia maiorem variat, seruàtque minorem.

2 Habes iam *artem deducendi ad impossibile*, quicumque tibi *vim*, & *efficacitatem syllogismorum imperfectorum inficiari ausit*. Quem, facta priùs reductione, sic conuiceris. *Antecedens* est verum, cùm *vnam præmissarum* dederis, contrádicatque *altera* conclusioni negatæ. Igitur & *consequens*. Constat autem, *conse-*

 quens

quens alteri præmiſſarum contradicere, quam in *ſyllogiſmo imperfecto* conceſiſti. Ergo vel *contradicentia* vera ſunt, vel *ſyllogiſmus imperfectus* efficax.

CAPVT IX.

DE MODO SCIENDI, QVIVIS IMPERFECTVS AD QVEM PERFECTORVM REDVCATVR.

1 ERIT ſanè, qui præſcire cupiat, ad quemnam ex perfectis quiuis imperfectorum reducendus fuerit. Ad quod vtique, quippe ex *arte* nuper tradita facillimè clareſcat, *nullam* vſquam *artificium* inueniendum eſſet. Namque, facta reductione modo dicto, qualis exinde *perfectus* exeat, citra moram liquet.

Sed ponamus *artem*, qua vulgò puta-

putarunt expediri. Ecce *versus*, ex totidem vocalibus effectus, quot *syllogismi* sunt.

Phœbifer axis obit terras, æthramque quotannis.

Litteræ istæ sic *imperfectis modis* correspondent. ¶ *Quinque modis primæ* totidem vocales, quæ in prioribus vocibus leguntur. *Phœbifer axis.* ¶ *Quatuor secundæ* totidem sequentium, *Obit terras.* ¶ *Sex tertiæ* postremæ. *Æthràmque quotannis.* Quo sanè facto, euestigiò noueris, *quemcumque syllogismum imperfectum* ad illum *perfectum* reuocandum fore, qui in *vocali* concludit, quam sortitur.

Ecce, *Baralipton* reducendum erit ad *Celarent*. Quòd in ea littera concludat *iste*, quæ cessit *illi*, vt recolenti *artem* innotescet.

CAPVT X.

DE SYLLOGISMO EXPOSITORIO.

Syllogismus exegeticus, expositorius vulgò dictus.

1 SYLLOGISMVS expositorius ille sanè dicitur, qui *puro* constat *medio singulari*. Vt, si ita colligas. *Petrus est Logicus : Petrus est homo : ergo homo est Logicus*. Et quoniam *singularibus* naturaliùs *subijci*, quàm *prædicari* est : ideò *syllogismi exegetici*, quàm in *alijs figuris*, congruentiùs in *tertia* fabricantur. Hoc tamen nihil obstat, quominùs in cunctis etiam efformari possint.

2 Sunt isti *primæ*. *Petrus est Logicus: hic homo est Petrus : ergo hic homo est Logicus. Petrus non est Logicus : hic homo est Petrus : ergo hic homo non est Logicus.*

Sunt *secundæ*. *Tullius est Cicero : hic*

hic homo est Cicero : ergo hic homo est Tullius. Tullius non est Cæsar : hic homo est Cæsar : ergo hic homo non est Tullius. Tullius est Cicero : Cæsar non est Cicero : ergo Cæsar non est Tullius.

Sunt demum *tertiæ*. *Socrates est sapiens: Socrates est pauper : ergo pauper est sapiens. Crœsus non est sapiens : Crœsus est diues : ergo diues non est sapiens.*

Ecce, *syllogismi expository* in quauis *trium figurarum* fabricari possunt. Potiores tamen sunt, qui in *tertia figura* construuntur. Sunt tamen omnes adeò perspicui, & euidentes, vt obinde solùm *demonstrationes sensibiles* appellari soleant. Habent namque vim, ex *ipso lumine rationis*, quod veritatibus istis ne vsquàm vllo modo dissentiri valet. *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se. Quæ non sunt eadem vni tertio, non sunt eadem inter se.*

Principiū per se notū est in naturalibus.

Cum enim in antecedenti *syllogismi expository affirmatiui* extrema

 vnum

vnum esse cum *medio* iudicemus: credere compellimur, *vnum inter se se futura esse*. ¶ Pariter etiam in *negatiuo* vincimur. Cum enim *extrema separari in medio* prænoscamus: confiteri cogimur, *futura esse diuersa inter sese.*

CAPVT XI.

DE ARTE INVENIENDI MEDIVM, AD QVAMVIS ENVNTIATIONEM CONCLVDENDAM.

1 SOPHISTÆ, *bonarum* egregij perturbatores *artium*, vsqueadeò nobis *præsentem* intricarunt, vt in ea, non solùm ignauos, & stolidos; sed acutos etiam, & ingeniosos irretierint. Voluêrunt insuper, quotquot reticulis suis illaquearent, non solùm *rudes*; sed etiam *rudentes*, nominari. Ob aliudnè, *inuolù-crum*

çrum hoc inextricabile pontem asinorum appellari vellent? Sed (luêrunt pœnas) in se se ipsos *inscriptionis conuitium* retorsêrunt. Namque, nisi *eos* dumtaxat *asinos* appellent, qui tanto sunt ingenio, vt tricis ipsorum implicari nequeant: supererit profectò, vt *semetipsos* tantùm appellarint *asinos*. Namque *pons*, si ne eorum quidem, qui transeunt, *dicatur* esse, illorum tantùm esse *dicendus* est, qui *ipsum* fecêre, & instruxerunt. Cur namque, *pontem* eorum esse diceremus, *qui* nec fecerunt, nec *ipsum* transire potuêre. *Labyrinthus* ergo Sophistarum *eorumdem* profectò erit *pons*, *quorum* est & *opus*.

Sophistæ se ipsos appellarunt asinos.

Pons vel est transeuntiũ, vel opificum.

2 Nos verò acutissimam, expeditissimàmque *artem* Aristotelis (vtinam tam frugi) paucis, si voles, aperiêmus.

Sed prælibandum erit, *terminos syllogisticos* in triplici esse differentia. Quidam sunt, qui *antecedentes* vulgò nominantur: quidam *consequentes*: *repugnantes* alij. ¶ Vocantur

tur vulgò *antecedentes*, ex quibúsque allios inferamus : vt *quoduis inferius* comparatione *superioris*. ¶ Vocantur *consequentes*, quotquot ex alijs colliguntur : vt *quodlibet superius* comparatum ad *inferius*. ¶ En *termini pares*, & *æquales* (conuertibiles vulgò nominantur) simul *antecedentes*, & *consequentes* sunt. Quòd ex vtrouis alter inferri queat. ¶ Vocantur *repugnantes*, quorum *neuter* potest inesse *alteri* : vt *homo*, & *lapis*.

Inferius est antecedens superioris.

Superius est consequens inferioris.

Æquale æquali simul est antecedens, atque consequens.

3 His ita prælibatis, *ars inueniendi medium* quatuor præceptis continetur.

Quatuor præcepta medium inueniendi.

Primum est. Ad inferendam enuntiationem vniuersalem asserentem, *illud* sanè *medium* accipiendum est, quod sit *consequens* subiecti, & *antecedens* prædicati. Quocircà, vt hanc enuntiationem colligamus *omnis homo est animal*, optimum medium erit *sensitiuum*. Namque *sensitiuum* simul consequitur ex *homine*, & antecedit *animal*. *Omne sensitiuum est* ani-

animal : omnis homo est sensitiuus : ergo omnis homo est animal.

Secundum est. Ad inferendam enunciationem particularem asserentem, *illud* sanè *medium* accipiendum est, quod subiecti simul, atque prædicati *antecedens* sit. Idcircò, vt hanc enunciationem colligamus *aliqua substantia est incorruptibilis*, optimum *spiritus* medium est. Namque *spiritus* & substantiam infert, & incorruptibile. *Omnis spiritus est incorruptibilis : aliqua substantia est spiritus : ergo aliqua substãtia est incorruptibilis.* Vel isto pacto. *Aliquis spiritus est incorruptibilis : omnis spiritus est substantia : ergo aliqua substantia est incorruptibilis.* Vel isto. *Omnis spiritus est incorruptibilis : aliquis spiritus est substantia : ergo aliqua substantia est incorruptibilis.*

Tertium est. Ad inferendam enunciationem vniuersalem abnegantem, *illud* sanè *medium* accipiendum est, quod, subiectum *consequens*, ipsi repugnet prædicato : vel èconuersò;

præ-

prædicato *repugnans*, ipsum subiectum consequatur. Quapropter, vt hanc enunciationem colligamus *nullus homo est equus*, optimum *medium* erit *definitio hominis*. Namque *animal rationale* simul consequitur ex homine,& repugnat equo. *Nullum animal rationale est equus: omnis homo est animal rationale: ergo nullus homo est equus.* Vel isto pacto. *Nullus equus est animal rationale: omnis homo est animal rationale: ergo nullus homo est equus.*

Quartum est. Ad inferendam enunciationem particularem abnegantem, *illud* sanè *medium* accipiendum erit, quod, subiectum inferens, prædicato repugnet, & obsistat. Quare, vt hanc enunciationem colligamus *aliquod animal non est homo*, optimum *medium* brutum est. Namque *brutum* & antecedit *animal*, & repugnat *homini*. *Nullum brutum est homo: aliquod animal est brutum: ergo aliquod animal non est homo.* Vel isto pacto. *Nullus homo est brutum: aliquod animal*

mal est brutum : ergo aliquod animal non est homo. Vel isto. *Nullum brutum est homo : omne brutum est animal : ergo aliquod animal non est homo.*

Hac viâ (docuit Aristoteles) *terminum medium* inueniêmus, quo, in *syllogismo*, tum coniungere, tum disiungere, *vniuersos extremos* valeâmus. Demus autori, *huius efficiendi* non qualemqualem *artem*; sed potissimam omnium, inuenisse. Det tamen ipse nobis, *tantum hunc fructum* (vix maiorem *ars* alia suppeditare posset) quàm isthinc, aliunde huberiùs percipiendum esse. Vndenam, quæso? Ex *illis* planè *tribus*, quæ pùeris, vt *præclari fierent*, necessaria dixit. Erant illa. *Ingenium, exercitatio, & disciplina.* Sciebat enim (in Sophistas) *artium præcepta*, cùm multa sunt, *compedes ingenij* citra dubium esse.

Arist. apud Laertiũ, libro 5.

Vt exinde noscas, tunc tete, *in inueniendo medio* euasurum esse expeditissimum, cum multùm tete

in

in speculatione rerum exercueris. Nam *practica praecepta*, ni pauca sint, & optima, potiùs impediunt, quàm expediunt.

Multitudo praeceptorum pedicamentis est.

Cur igitur *imperagrabilem* Sophistarum *Hercyniam* non horrescas? Vix namque *totidem praecepta*, in omnium disciplinarum *encyclio*, congesta fuêre, quot vanè in Summulis (obliti fortè nominis, vel inscij) *exoterici nostri* congeserunt. Amputassem omnia, si *plebs aegra* ferret. Parce medico, *contumaci aegroto* non medenti.

Encyclios, vel encyclopaedia omniũ disciplinarum congestio, atq; digestio est.

FINIS FABRICÆ.

EXPO-

EXPOSITIO

FABRICÆ.

AVTORE SALIO.

PROLOGVS.

LOGICA, quæ *omnium disciplinarum ductrix* est, in eo potissimum versatur, vt *syllogismum* fabricetur. Vnde, sicut *fabrica*, & *structura syllogismi* duplicem

Logicæ tribus tractatibus absoluitur.

plicem materiam supponit eius remotam, *terminos*: proximam *propositiones*: ita *libri Analytici*, in quibus *syllogismus ipse* fabricatur, duos *tractatus Logicæ* sequuntur: *vnum* Categoriarum; Peri-hermenìas *alterum*. ¶ *Tractatus* Categoriarum Aristotelis in eo totus est, vt *materiam remotam syllogismorum* præparet. Voces, scilicet, quæ *primæ operationi intellectus* correspondent. ¶ *Tractatus* Peri-hermenìas *in expolliendis propositionibus* citra dubium est. Respondent istæ *secundæ operationi*, quà res de rebus, aut mente

Simplex apprehensio.

Cõpositio, & diuisio.

te

te affirmamus, aut negamus. ¶ Hunc sequitur *tertius tractatus Analyticus*: in quo *syllogismus*, qui *tertiæ operationi* correspondet, ex huiusmodi partibus conflatur, in eàsq; resolui-tur. Propterea certè, *Analyticus*, idest, *resolutorius*, appellatur.

Ratiocinatio

Ecce, cur *syllogismi fabricam* in tres dumtaxàt libros distribùerim. ¶ De *terminis* in primo dissertum est: quòd *simplici apprehensioni* correspõdeant. ¶ De *enuntiationibus* in altero: quòd *iudicium* adiuuent. ¶ De *syllogismis* in postremo: quòd *ratiocinationem mentis* rectà ducant.

EXPO-

EXPOSITIO

SALII.

IN PRIMVM FABRICAE.

PROLOGVS.

OMNE *totum* ex eis primò incipit componi, in quæ vltimò planè resoluendum erit. Sic *domus*, vtpotè resolueretur tandem in eosdem, ex lapidibus cœpit fabricari. *Fabrica* ergo *syllogistica* necunde aliter,

ter, quàm ex *terminis resolutionis*, inchoanda erat.

Nec fuerunt *termini* sigillatim omnino discutiendi; sed illud sane primitùs noscendum; in quo *cuncti* ratione conspirarint. Est autem hoc *præcisa ratio termini*, vel *partis*, vt dicemus infra.

In hoc ergo libro tria, vt minùs, agenda fuerunt. Definiendus *terminus* in genere: diuidēdus in species: demonstrandi *affectus*. Vix namque sine istis *clara cognitio terminorum* comparari potest.

PRIMA PARS LIBRI DE TERMINO INCOMMVNI.

TERMINVS pars remota *syllogismi* est : vtpotè proxima est *propositionis*. Ergo ab Aristotele bellè quidem *terminus* per *propositionem* definitur.

Hinc factum est, vt, *ista* ignorata, & *illum* ignorari necessum sit. Post *terminum* ergo definitum, definienda illico *propositio* fuit.

Propositio est enũtiatio rectè dispofita in antecedenti syllogismi.

Propositio non potest fieri, quin *enuntiatio* sit. Non tamè quælibet; sed ea solum, *quæ dispofita est in syllogismo*. Vnde *Propositio* sic erit definienda. *Enuntiatio rectè dispota in antecedenti syllogismi.*

Est *enuntiatio* potissima species *ora-*

orationis. Quî ergo *illa* definiretur sine *ista*? Rectè ergo, post *terminum*, & ante *enuntiationem* oratio ipsa media definienda venit.

Demum nobis *oratio definita* opportunitatem sanè obtulit, *definitionem*, *diuisionem*, & *consequentiam* definiendi. Sunt enim *ista* & *speciei illius*, & *instrumenta disserendi*.

CAPVT PRIMVM.

DE TERMINO.

SECTIO CAPITIS.

INTENTIO fuit, *naturam*, & *essentiam termini* explicare. Nouem præstiti. ¶ *Primò*, reddidi rationem, propter quã, *compositionem syllogismi*, ne aliunde quidem, quàm ex *terminis resolutionis*, inchoauerim. ¶ *Secundò*, adduxi *methodum* Philosophi; vel in tractando *terminum* seruandam.

¶ *Tertiò*, attuli *definitionem termini*, quam Arist. inuênit. ¶ *Quartò* exposui, cur *resolutio syllogismi* partes proximas *duarum propositionum eius* non transcendat; sed in ipsis omnino terminetur. ¶ *Quintò*, *syllogismum* feci, quo, vt exemplo, omnia fermè illustraui, quæ prædixeram. ¶ *Sextò*, institui, quot *termini*, in quolibet *syllogismo* disponendi fuerint. ¶ *Septimò*, instruxi, cur *termini* subiecta, vel prædicata nominentur. ¶ *Octauò*, quinque deduxi *consectaria*, quæ totam doctrinam patefaciunt. ¶ *Nonò*, quid illa velint, declaraui, *apposito*, *vel separato*, *esse*, *vel non esse*.

PERIOCHA TEXTVS.

1 SYNTHESIS rerum sic habet cum *analysi*, vt exinde primùm compositio cœperit, vbi *resolutio* terminatur. *Synthesis* ergo *syllogismi* ex illis primodùm inchoanda

da fuerit, in quibus *analysis* erat terminanda. Constat autem, *resolutionem syllogismi* in proximis partibus propositionis *terminari*. Exinde ergo, &c.

2. In *terminis* illud primò nobis cognoscendum est, in quo *vniuersi termini* conspirant. Constat autem, *vniuersos terminos resolutionis syllogisticæ* in eo essentialiter coire, vt *ipsam resolutionem* terminare possint.

3. *Aristoteles* 1. libro Priorum Analyticorum, cap. 1. sic *terminum* finiuit. *Terminum voco, in quem resoluitur propositio: vt prædicatum, & de quo prædicatur; apposito, vel separato, esse, vel non esse*. Perinde sunt hæc, acsi dicamus. *Terminus* est proxima pars *propositionis*, in quam vltimò *syllogismus* resoluendus est. Namque *syllogismus* in duas primùm *propositiones* resoluendus erit. His autem, in *extremos, terminos, mediumque* postremò resolutis, *syllogismus* vtique iam inde vltimò *exploratus omnino* indicatur.

 4 Hæc

4 Hæc autem *resolutio* partes proximas propositionum *syllogismi* proinde sanè non transcendit, quòd *tota vis illatiua ipsius*, quæ in *resolutione priori* examinatur, ne aliàs quidem; sed in *recta solùm dispositione istarum* peruestigari queat.

5 Patescunt omnia in isto syllogismo: *Omnis homo est animal. Omne rationale est homo. Ergo omne rationale est animal.* Constat *syllogismus* (quod clarè vides) *duabus propositionibus*, rectè in eo, ac syllogisticè dispositis. Maior *prima*, minor *secunda* nominatur. Tribus dumtaxat terminis *propositiones* constant: duobus *extremis*, & tertio *medio*. Sunt termini *homo*, *rationale*, *animal*: *medius* ille, *extremi* isti. *Vis* tamen *syllogismi* in eo profectò *tota* est, vt *eos extremos* coniungat inter se, *quos* rectè cum *medio* copularit. In *præmissis* hoc, in *conclusione* illud. Quorsum *analysis* vltra *extremos*, & *medium* permearet?

6 *Ista* sunt *partes syllogismi*, quas

Ariſtoteles *terminos* vocat *analyſeos*. Obinde ſanè hoc, quòd *reſolutio ſyllogiſmi* ſic in ipſis profectò terminatur, vt quò *vis ſyllogiſtica* reſoluenti noteat, ne opus vltrà ſit, *particulas partium* explorare.

7 *Quæuis* trium *pars*, quæ in *vtraque ſimul, alteraue propoſitionum* eſt, vel ſupponitur verbo, vel apponitur. Vocatur *ſubiectum*, dum ſupponitur; dum apponitur autem, *prædicatum*. Non autem, quòd *ſubijciatur* ipſa, aut *prædicetur*; ſed quòd pro *alterutro eorum* ſufficiatur. Nãque in *doctrinis rerum*, non *voces* de *vocibus*; ſed *res ipſas* de *rebus* prædicamus. Vndè fit, vt non *voces vocibus*; ſed *res ipſas rebus* ſubijciamus.

8 Habemus inſthinc. Quid *prædicari*, quid verè *ſubijci* exiſtimandum ſit. Cur *termini* ſubiectum, & prædicatum appellentur. *Medium*, & *extrema* cur *termini* fuerint compellata. *Vulgares expoſitores Analyticon* tam longè abfuiſſe, vt *termi-*

num Aristotelis finierint, vt *ipsum* potiùs exterminarint ab Scholis.

9 Aristoteles illis verbis *apposito, vel separato, esse, vel non esse,* vnum subtiliter, præter alia, innuit. Scilicèt, *duas propositiones syllogismi* eâ solâ ratione in *tres suas partes* resoluendas esse, qua *partes sunt syllogismi*, qui resoluitur; non autem, qua *termini* sunt *resolutionis*. Constat autem, *tres partes proximas duarum propositionum syllogismi*, ne alio quidem partes fieri, quàm *interiecto verbo*, quo vinciuntur. Tunc, scilicet, cùm *apponimus esse*, vel *non esse*: aut non item; sed *ipsa* separamus.

ILLVS-

ILLVSTRATIO TEXTVS ACROAMATICA.

RELICTA MAGISTRIS EXOTERICA.

PRO *illustratione textus* septẽ veniunt discutienda. ¶ *Primum*, quid *compositio*, quiduè *resolutio syllogismi* sit. ¶ *Secundum*, in quonam ratio *termini* constituenda est. ¶ *Tertium*, *ratio ter-*

termini aliàmnè supponat essentialiter. ¶ *Quartum*, definitio termini quot modis possit efformari. ¶ *Quintum*; quid verè *subijci*, quiduè *prædicari* dicendum sit. ¶ *Sextum*, sitnè verbum terminus putandum. ¶ *Septimum*, de vocibus non significantibus èequidnam dicendum in præsenti.

PRIMVM SIC. *Compositio*, & *resolutio* nomina sunt, quæ ex *physicis rebus* ad *reculas Logicæ* translata olim *analogià* fuerunt.

Compositio.

Vt enim, qui *ædificat*, à minutissimis partibus exordiũ capiens, *maiores* primò, *domum* postremò *composuisse* dicitur: sic etiam, qui *syllogizat*, à *terminis* incipiens, *propositiones*

Analogia, quæ ansam dedit trãslationi

tiones primò, *syllogismum* postremò fabricatur. Sic in *physicis*, sic etiam in *logicis compositio* fiet.

Dicamus superest, quo pacto fiat *resolutio*. Est ea *reductio compositi in principia*. Fit autem, cùm ita *compositum* destruitur, vt *nulla supersint, præter prima*. Sic *soluitur domus*, pariêtibus destructis, lapidibúsque solùm superstitibus. ¶ Subsimili modo *syllogismus compositus resoluendus erit*. Scilicet, *duabus propositionibus disiectis*, extremisque, mediôque *logicè solùm permanentibus*.

Resolutio.

Sed opportunè quæres. *Componere*, & *resoluere*, sintnè *interni actus huius artis*: an non item; sed *externæ praxes*.

Dubiū.

Pro solutione dubij *vnum* nobis, *notatu dignum*, præmittendum erit. Scilicet, in *disciplinis practicis*, quales *artes* sunt, *duos* omnino *actus* internoscendos esse. Vnum *elicitum*, alterum *directum*.

Elicitus semper est *actus intellectus*. *Illa*, scilicet, *cognitio practica*,

ea, qua actu scit *artifex*, quî aliquod opus efficiendum sit. Sic scit *camentarius*, quo pacto *domus* ædificanda sit. Sic scit *pictor*, quomodò fingenda *pictura* est. Sic scit *lanista*, quî scitè, & strenuè digladiandum erit. ¶ Ecce notitias, quæ *proprij actus* disciplinârum sunt. Dicuntur *eliciti*, quòd ab *intellectu*, habitu practico *informato*, immediatissimè prodeunt, atque émicant. Dicuntur *practici*, quòd sint *operatorij*. Idest, *praecepta*, vel *dictamina practica* operandi.

Directus rarissimè *notitia*, vel *cognitio est*. Est enim *operatio*, circa quam efficiendam, *ipsa cognitio practica* versatur. Sunt huiusmodi: *ædificatio*, *pictio*, & *gladiatio*. ¶ Ecce *actus*, qui ne *disciplinarum* quidem *actus* sunt; sed *obiecta actuum*. Namque actus *disciplinarum proprij*, semper sunt *cognitiones intellectus*. Est enim *ars* intellectus habitus: *cuius* proinde *actus cognitio intellectualis* citra dubium est. Constat autem,

præ-

prædictas tres operationes non esse *actus intellectus*; sed *facultatis humanæ executricis*. Dicuntur *directi*, quòd *cognitione practica* ducantur. Dicuntur *praxes*, quòd *illæ* quidem *operationes* sunt, quæ *dictamine practico* reguntur. Vnde *operationes*, dictamine practico *directæ*, ne *actus* quidem *artium* appellandæ forent; sed *obiecta* earum. Sunt enim ea, circa quæ, *ars ipsa suo versatur actu*. Id est, cognitione directiua.

Cognitio practica est quæ operatione dirigit: est autem praxis operatio directa.

His prælibatis, facillimum erit, *quæstiunculam nostram* enodâre. *Componere*, & *resoluere* non sunt *interni actus* (id est, eliciti) huiusmodi artis syllogisticæ; sed *externæ praxes*. Ratio est. Quia *ars* (docet Aristoteles) est *habitus practicus*, & *operatiuus intellectus*. *Actus* ergò *illius*, nè alius quidem, quàm *practica intellectio*, futurus est. Constat autem, *compositionem*, & *resolutionem syllogismi* potius esse *externam loquutionem oris*, quàm *notitiam mentis*. *Componit* namque, qui *syllogismo*

Solutio dubij.

mo arguit; resoluit, qui respondet. *Ille* quidem *syllogismum* faciens; *iste* verò *factum* iam & *fabricatum* repetens. Etenim, *qui arguit*, ita planè loquitur, vt *partes ipsas ratiocinationis coagmentet*; *qui* vero *resumit*, quàmuis *totum syllogismum* repetat, ne *partes* quidem *eius coagmentare* dicitur (quòd actum ageret) sed *totum in ipsas dispertiri*. Vt enim, *qui ædificat*, easdem partes mouet componendo, quas *destructor*, vt *domum factam* dissipet, remoturus est: sic etiam *syllogizans*, *ipsas easdem partes* componendo loquitur, quas *respondens*, vt syllogismum soluat, iterum disijciens repetiturus est. Sicut ergo *componere domum*, ac *resoluere*, mouere partes est: sic etiam, *syllogismum componere*, & *resoluere*, syllogizando *colloqui* citra dubium est.

Ecce, *componit*, qui *syllogismo arguit*. Ecce, *resoluit*, qui *resumit*. Vt exinde constet, *compositionem*, & *resolutionem syllogismi* non esse *actus*

Logi-

Logicæ; sed *praxes*. Obiecta, scilicet, *dictamine practico* confecta, eodemque soluta. Nec, quòd *compositio*, & *resolutio* contrariari in Logica videntur, *dictamina* Logicæ distinguenda sunt. Vt enim *contrariorum* (docuit Aristoteles) *eadem ratio*, & *disciplina est*: sic *componendi*, & *resoluendi idem dictamen practicum* futurum erit. Namque Logicus, *quo dictamine* noscit, *qui rem componat*, & *componit*: eôdem intelligit, *sitnè rectè composita*, & *resoluit*. Igitur *componere*, & *resoluere* diuersa logicè sine dubio sunt. Secus autem *doctrina*, & *disciplina*.

Duo hinc habemus. ¶ *Primum* est. Examen internum *respondentis*, quo examinat, *utrùm syllogimus*, *ab arguente factus*, *rectus sit*, nullo modo à *dictamine practico* distinguendum esse, quo *illum* efficeret, si argueret. ¶ *Secundum* est. *Resolutionem logicam*; quam cum Philosophorum Principe tractâmus, nè certè in *hoc interno examine* ponendam esse; sed

Duo cõsectoria

in

in *externa loquutione*. Ratio est. Quia *compositio syllogismi*, ne quidem est *dictamen practicum*, quo *syllogismum* fabricamur; sed *loquutio externa*. Idem ergo de *resolutione* dicendum erit. Namque, quòd *contrariæ* sint: & eiusdem generis, & quarum eadem sit ratio; futuræ sunt.

Dubiũ. 3. Sed rogabis. Quandonam *respondens resoluere syllogismum putandus est*? Tuncnè, quando *syllogismum, ab arguente factum*, iterum resumit: an nõ item; sed quando eò animò *resumptum iterat*, vt inficietur *partes*, vel concedat? ¶ Et dicendum est, *hominem argutum* tunc solùm *resoluere* putandum esse, cùm *syllogismum integrum* resumit; non autem, cùm eò animo *resumptum* iterat, vt *aliquid* neget, vel concedat. Ratio est. Quia *resolutio*, vt analogia monstrat, nihil aliud est, quàm *resumptio partium componentium*. Constat autem, *uniuersas partes syllogismi*, ne in *responsione* quidem; sed in *resumptione* solùm, dispartiri. Ergo *re-*

Resolutio syllogismi non est responsio; sed resumptio.

solutio syllogismi, quæ *respondentis actus* citra dubium est, ne in *responsione* quidem ponenda venit; sed in *resumptione* ipsius *præcedenti*. Qui enim resumit, licet *syllogismum* denuò non efficiat; examinat tamen, *rectène sit ab arguente factus*. Idque *eodem dictamine*, vel *cognitione practica*, quâ ipsum efficeret, si argueret.

Quo dictamine facimus ipso eodem examinamus factum.

Ecce, vt *Grammatica*, vtque *Rhetorica*; sic etiam *Logica sermonem* instruit. Sed diuerso modo. Namque *Grammatica* præceptis suis solùm componit *loquutionem congruam*: ornatam *Rhetorica*: sed veram *Logica*. Propterea certè *tres istæ artes triuiales* à multis compellatæ fuerunt. Quòd, scilicet, *tribus viјs in sermonem* contendant: & ferantur.

Grammatica, Rhetorica, & Logica cur fuerint triuiales nominatæ.

Habes iam *resolutionem syllogisticam*, cujus *ignoratio*, vel *contemptus*, id planè fecit, vt *terminus ab Aristotele finitus*, ad nos vsque nemini non occultus fuerit. Quod *nullus*, scilicet, *resolutionem Philosophi*

explicúerit, qua femel ignotâ, & *terminus eius* ignorandus erat. Quî enim *terminus resolutionis* fine *resolutione* nofceretur?

Hinc factum eft, vt *ignorati termini* Ariftotelis, *quot* fcriptores, *totidem* fermè *definitiones* habeamus. Tu autem, *vnà folà definitione* Principis *excepta*, ne *definitiones*; fed *exterminationes*, cæteras habeto.

In quo nãratio termini constituenda est. *SECVNDVM SIC.* Facilè iã *effentiam*, & *quidditatem termini*, indagabimus, dum hactenùs dicta recordemur. ¶ *Ratio* ergo *termini* in eo quidem eft, vt actu terminet *dictam resolutionem syllogifmi.* Vnde *forma termini*, cui *tres partes duarum propofitionum* fubfternuntur, in *ifto folo actu fyllogifticam refolutionẽ terminandi*, cõftituenda eft. Dicamus fupereft, quid *ifte actus tenminandi* fit.

Ergo, *tres partes proximas duarum propofitionum fyllogifmi* hòc ipfó folò *refolutionem fyllogifticam* terminare, dixeris, quòd *fyllogifmus factus* refol-

resoluatur. Vnde fit, vt *resolutio ipsa*, quæ actus, & forma *resoluentis* est, sit etiam actus *terminantis*. Sicut enim hòc ipsò, quòd *parietem videmus*, hóc eòdem ipso *paries à nobis visus est*: sic etiam hòc ipsò solò, quòd *syllogismum soluimus*: hòc eòdem ipsò, *partes remotas syllogismi analysim eius terminare*, dicimus. Vnde, sicut *visio* simul est *actus videntis*, atque visi: sic etiam *resolutio*, & *resoluentis*, & *terminantis* actus est. Quocirca, vt *parietem videri*, nihil aliud esse putandum est, quàm *visionem versari circa ipsum*: sic *tres partes remotas syllogismi resolutionem ipsius terminare*, nihil aliud esse putandum est, quàm *fieri resolutionem vsque ad ipsas*. Est namque *terminus* earum rerum, quæ extrinsecùs sunt, & nominantur, *Earum*, scilicet, quæ non proinde quidem *tales* sunt, quòd aliquid habeãt intra se; sed quòd aliæ sint, quæ ad ipsas sunt. De his loquebatur Aristot. 5. lib. Metaphysicor. cap. 15. tex-

Arist. 5. Metaphys. c. 15. tex. 20.

textu 20. cùm sic scripsit. *Mensurabile, scibile, & intelligibile, eò, quòd aliud ad ipsum, dicitur. Nam intelligibile significat, quòd eius est intellectus.*

Sed, super his, ad caput septimum *Categoriarum*, nedum quidem latiùs; sed longè opportuniùs, differendum est.

Ratio terminaliā ne supponat essentialiter.

TERTIVM SIC. Contingit in *physicis*, vt *vna ratio physica* aliam supponat essentialiter. Sic certè *simum* (docuit Aristoteles) nasum sequitur: *ridens* hominem: *hinniens* equum: & intellectum humanum *admiratio*. ¶ Idem in logicis euenire patet. Sunt enim *rationes*, quæ alias supponunt necessariò. Vniuersalitatem *prædicatio*: enunciationem *propositio*: compositionem *resolutio*: significationem suppositio: abstractionemque logicam *negatiua præcisio Metaphysicæ*.

Natura communis priùs abstrahitur positiue, quàm negatiuè.

Vtrimque planè contigit, vt *rationum posteriorum voces* (verba sint, vel nomina) dupliciter soleant vsurpari.

pari. *Formaliter*, scilicet, & *radica-liter*. ¶ *Sumptæ formaliter* posteriorem rationem absque dubio exprimunt; non verò *primam*, vel *priorem*. Ecce, *ridens*, formaliter *acceptum*, formam ridentis, *vt ridentis*, exprimit: *actum*, videlicèt, *ridendi*, quo formaliter *homo* ridens est: non verò *facultatem ridendi*, vel *essentiam*. ¶ *Sumptæ radicaliter primam*, aut *priorem rationem* absque dubio exprimunt; non vero *rationem posteriorem*. Ecce, *ridens*, radicaliter *acceptum*, ne formam quidem ridentis, *vt ridentis*, exprimit: *actum*, videlicet, *ridendi*, quo formaliter *homo* ridens est: sed *facultatem ridendi*, vel *essentiam*.

Hinc planè fit, vt *huiusmodi vocibus* dupliciter prædicare soleâmus: *per se*, & *per accidens*. ¶ Prædicâmus *per se*, cùm radicaliter eas vsurpâmus. ¶ Prædicamus *per accidens*, cùm formaliter tantùm vsurpâmus eas.

Sed, *ipsis*, *non formaliter*, *sed pro*

radice, *ſumptis*, bifariam *per ſe* prædicari accidit: *primò*, & *ſecundò*. ¶ Tunc *perſe primo* prædicare dicimur, cum pro nudis eſſentijs ſubſtitùimus: vt *ridens* pro *rationali*. ¶ *Per ſe* autem *ſecundò* prædicamus, ſiquando eis, ne *eſſentiam* quidem, quæ *prima radix* eſt; ſed *facultatem propriam* exhibemus: vt viſione *viſum*, intellectione *mentem*, riſùque *potentiam*.

His rectè perpenſis, facilè iam erit, *dubiolum præſens* enodare.

Ergo dicendum eſt, *rationem termini* aliam ſupponere eſſentialiter, quam eſſentialiter queat definire. Ratio eſt. Sicut *viſum* ſe habet ad *viſionem*, ſic ad *reſolutionem* habet *terminus*. Sed *viſum* viſionem ſupponit, tamquàm *formam*. Et *reſolutionem* ergo *terminus*. Conſtat autem, *reſolutionem ſyllogiſticam* non fieri in *terminos*, vt *terminos*; ſed in *ipſos*, vt *partes*: ſicut *viſio* (dicebat Princeps) non eſt circa *viſum*, vt *huiuſmodi*; ſed circa *colorem*, qui vide-

videtur. Sic istud instituit Aristoteles lib. 5. Metaphysicorum, cap. 15, textu 20. cùm scripsit. *Visus cuiusdam est visus: non cuius est visus; sed ad colorem, vel aliquid aliud tale. Ratio* ergo *termini* necessariò supponit *rationem partis*. Quocirca *ratio partis*, quæ prior est, ne incongruè quidem *ipsâ definitione termini* definiēda erit. Namque, sicut nomen *terminus*, tum formaliter, tum etiam radicaliter vsurpari valet: sic *definitio ipsius* totidem modis vsurpari potest. *Sumpta radicaliter* intrinsecam rationem partis absque dubio explicat. Est enim *pars* essentialiter *apta*, ad resolutionem terminandum. Rarumne, *internas*, & *essentiales rerum aptitudines*, per *actus earum* explicare? Minimè profectò.

Arist. 5 Metaphys. c. 15.

Dices. *Definitio termini*, quæ formaliter sumpta *actum ipsum resolutionem terminandi* absque dubio explicat, ne fortè quidem *rationem partis*; sed terminandi potentiam, explanaret. Non ergo erit *definitio* par-

tis; sed *descriptio*. ¶ Dixeris rectè, *definitionem termini* nihil profectò clarius explicare, quàm *potentiam proximam resolutionem terminandi*. Sed aduertas, obsecro, nullam nobis suppetere rationem, qua huiusmodi *potentiam resolutionem terminandi* ab *ipsa ratione partis* distinguamus. Namque *termini resolutionis syllogisticæ* antequàm *propositiones*, & *syllogismum* coagmentent, necdum sanè in *potentia proxima terminandi* sunt. *Potentiam* ergo *terminandi* tamdiù solùm habere dicendi sunt, quandiù partes sunt actu. Constat autem, hoc ipsò solò, quò *partes* sunt, quocumque alio seclusò superaddito, *potentes* esse, quò ipsam *resolutionem syllogismi* terminent. Frustrà ergo *potentiam terminandi* à *componendi actu* separabimus. Est enim axioma sapientum, *Non sunt res multiplicandæ, nisi vrgeat necessitas*. Quocircà, in *deponendo*, ne *illæ rationes* quidem disquirendæ sunt, quæ congerendæ forent

Esse partem, & resolutionem posse terminare, nulla ratione distinguuntur.

Actu componere, & posse terminare, vnū sunt in partibus.

Axioma sapientū.

rent in *ponendo*. Scio enim, Aristotelem, in *ponendis*, & *deponendis rebus*, hac solâ regulâ philosophatum fuisse. *Vt ponas, vrgendus es rationes vt autem deponas, satis est ratione non vrgeri.*

Regula Arist.

QVARTVM SIC. Ratio termini, quâ satis, superq; detectam arbitror, ea sanè est, quæ pluribus modis explicari queat. Hinc factum est, vt *definitio termini* totidem etiam efformari posit.

Definitio termini quot modis posit efformari.

PRIMVS MODVS

DEFINIENDI.

PRIMO, *terminus* rectè sic potest definiri. Terminus est *terminus resolutionis syllogisticæ*. *Hæc definitio* synonymè sumpta, & *essentialis* est, & *metaphysica*. Sic tamen *accepta* partem proximam *propositionis*, quæ pars remota

mota *syllogismi* est, nullâ ratione definîerit. Qui enim *illud* definîret, de quo falsissimè omnium diceretur? Namque, licèt *pars syllogistica* paronymè sit *terminus*; non tamen est *terminus* synonymè.

Sic in generali docuit Aristoteles, 1. lib. Physicorum, cap. 3. textu 27. Verba intricatissima sunt hæc *Nam, si id, quod propriè est, idem etiam sit album, albi autem essentia non est, vt propriè sit. Siquidem id, quod est, accidere ei non potest*. Docet hîc Philosophus, *nullum constitutum* de *subsistuto*, vel de *substrato forma* prædicandum esse. Quod sese habeant, sicut *includens*, & *inclusum*, re ipsâque proinde distinguenda fuerint.

Acroamma Arist.

¶ Idem omnino docuerat Philosophus, cap. 5. *Categoriarum*, cùm scripsit ita. *Eorum, quæ in subiecto sunt, nomen quidem de subiecto nihil probibet prædicari interdum; rationem verò est impossibile.* ¶ Idem anteà dixerat, vt subderet. *Vt album, cũ in subiecto sit corpore, prædicatur de*

Theorema Aristotelis egregiũ doctrinã absque dubio cõtinens.

de subiecto. *Dicitur enim corpus album*. *Ratio verò albi numquàm de corpore prædicatur*. Perinde sunt hæc, acsi dixisset. *Album paronymè sumptum* (id est , pro substituto) de *subiecto albedinis* verè profectò prædicatur ; secus autem , si pro *ratione albi* (id est , pro constituto) vel pro *tertia entitate* supponatur.

Ecce , *praiacta definitio* , *paronymè suscepta* , de *partibus remotis syllogismi* rectè profectò verificari potest ; secus autem , si pro *ratione*, vel pro *essentia termini* sumatur. Quòd *synonymè sumpta* de *illo solo tertio* verificari queat , quod ex *parte proxima propositionis* , *&* *remota syllogismi* tamquàm ex materia , & ex *actu resolutionem syllogisticam* terminandi tamquàm ex propria forma , coalescit. Ergo *prædicta definitio* , vt de *extremis* , & *medio* verificari queat , paronymè solùm accipienda est.

At non proinde *definitio descriptiòne eorum* existimanda erit. Quòd, scili-

scilicet, *resolutionem syllogisticam finire*, nec essentia sit *partium*, nec proprietas. Quid ergo? Accidens commune, *quod partibus adest, atque abest, eadem ratione partis permanente*. Namque *ratio partis* in componendo solùm absque dubio est. Constat autem, prius *syllogismum* ab ipso *arguenti* coagmentari, quàm ab *arguto ipso* resoluatur. *Ratio* ergo *termini* non sequitur necessariò, *rationem partis*.

Videtur terminus se ipsũ definire.

SED OBIICIES. *Definitio*, ex Aristot. non debet constare *definito*. Constat autem, *terminum ipsum esse* in definitione, qua finitur. Namque definitur *terminus resolutionis syllogisticæ*. Quis eat inficias? Diximus nuperculè, eisdem his verbis *terminum* finiri. *Terminus* ergo *resolutionis syllogisticæ* nedum quidem in *definitione sua* collocatur; sed (quod absurdius erit) *ipsemet sui ipsius definitio est*. ¶ Respondeo tamen, nec *sese ipsum terminum finire*, nec in *definitione sua* collocari, nec

defi-

definitionem esse sui. Nihil enim in *hac termini definitione* euenit, quod in *probatissimis omnium* non accideret, si *definita earum*, defectu nominum simplicium, *ipsis definitionibus suis* appellitanda forent. Ponito *hominem*, quòd hoc suo nomine careret, *animal rationale* appellitatum fuisse: Quî, obsecro, *hominem* finisses? Coactus dicere absque dubio fores. *Animal rationale est animal rationale*. Namque, ob defectum nominis, nec *alia essentia* foret, nec *alia definitio* inuestiganda esset. Fortè *definitio*, & *definitum* tam vnum essent *definienti*, vt *nec ratione* dissiderent. Id profectò, quod *nihil absurdi* contineret: verum quippe futurum erat, *definitionem euolutam* se ipsâ plicatâ notiorem esse. Incommodum ergo exinde solùm videtur emersisse, quòd *terminus iste*, quem tractamus, *speciale nomen*, quo vocetur, ne hactenus quidem obtinuerit. Propterea certè *nomine generis* vocamus eum. Fingito (quod

euenire potuit) *lapidem* á nobis appellitatum fuisse. Cessabunt *incommoda*, quæ obieceris. Namque definissemus ita. *Lapis est terminus*, *vel finis resolutionis syllogistica*. Definitio profectò, in qua tàm *conuenientia*, quàm *discrepantia essentialis*, explicatur.

Hactenùs de *definitione termini*, quà *termini*. Quæramus aliam, qua iam definiâtur, vti *pars*.

SECVNDVS MODVS DEFINIENDI.

SECVNDO, *terminus* rectè sic potest definiri. *Terminus est pars syllogismi*, *apta nata ad resolutionem eius terminandam*. *Hæc definitio* synonymè sumpta, & essentialis est, & metaphysica. Sic tamen accepta, ne *illas* quidem definit *voces*, quæ *syllogismum* componunt;

nunt; ſed paronymè. Quî enim *illud* *definiret*, de quo nullatenùs verè prædicatur? Namque, licèt *voces ſimplices*, cùm actu componunt *ſyllogiſmum*, paronymè partes abſque dubio ſint: ſynonymè tamen non ſunt *partes*. Quî ergo *prædicta definitio*, ſynonymè ſuſcepta, *voces ipſas*, quæ paronymè ſolùm tales ſunt, definire dicetur? Nullo certè modo. Quòd *conſtitutum*, ex Ariſtot. nuſquam de *ſubſtituto* prædicetur. Solùm ergo definit *eas*, vt verè *partes* ſunt; non verò, vt *tales* denominantur, & dicuntur.

SED ROGABIS. Vtrùm *hæc definitio*, paronymè ſuſcepta, *partes ipſas*, itidem ſumptas, definîerit. *Dubiū* I.

Et reſpondeo affirmatè. Ratio eſt. Quia *definitio ſic ſumpta*, nedum prædicatur de *parte remota ſyllogiſmi*; ſed retrò etiam cum illa commeat. Rectè namque ſequitur. *Eſt pars ſyllogiſmi apta nata ad reſolutionem eius terminandam: eſt ergo remota*. Et econuerſò. *Eſt pars remota* *Solutio*

ſyllo-

syllogismi: *ergo & apta nata, vt resolutionem illius terminarint.* Namque *resolutio syllogistica* non terminatur, & finitur in *partibus propinquis syllogismi*; sed in *tribus* solùm *vocibus earum.* Scilicèt, in *duobus extremis*, & *vno medio.* Horum tantùm *dispositio* examinanda erit: vt potè *vis illatiua syllogismi* in *ea* dumtaxàt collocata sit. Quocirca, *resolutio syllogismi* (sæpesepiùs dixi) ita in *proximis partibus propositionum* sistit, vt nequeat vlterius commeare. Non namque dehinc *vim syllogisticam* inuênies; sed *alia penitus. Pars* ergo *syllogismi, apta nata, vt resolutionem eius terminarit*, & *remota ipsius* tam vnum sunt, vt mutuò reciprocentur inter se.

Dubiũ. 8.

ROGABIS ITERVM Cur *definitio hæc*, paronymè vsurpata, *remotas syllogismi partes* definire potuit; non item *prima*, vt dictum est? Namque vtriusque *æqua* profectò *ratio* videtur esse. Vtraque enim de *huiusmodi partibus* prædicatur pariter. Cur ergo *partes*

tes vtrâque definitione non finiātur?

Et respondeo, *partes remotas syllogismi* proinde in *secunda*, non vero in *priori* definiri, quòd in *secunda*, vt partes; in *prima* verò, non vtique, vt *partes*; sed, vt *termini* potiùs, definiantur. Constat autem, *partem remotam syllogismi*, *paronymè vsurpatam*, cum *secunda definitione partis itidem suscepta*, retrò profectò commeâre posse; cum *priori* non item. Quòd, scilicet, *pars remota syllogismi* ne semper quidem *resolutionem* terminet: sit estò semper *terminandi capax*, — Solutio.

ROGABIS TERTIO. *Definitio hæc, paronymè sumpta*, trium partium remotarum *syllogismi* itidem sumptarum, sitnè *definitio*, an verò *descriptio*, reputanda. — Dubit. 3.

Et respondeo, *explanationem hanc*, nec *puram definitionem*, nec *descriptionem puram*, existimandam esse. ¶ Non est *definitio*: quippe in *paronymis*, nec *species*, nec *genera*, nec *differentiæ speciales* reperiantur. — Solutio

Id profectò, quod in causa fuerit, vt ea Philosophus à *prædicamentis rationum* elocârit. ¶ Non est *descriptio*: vt potè *nullam definiti proprietatem* explicet. Obinde tamen in *definitionem* posset reuocâri, quòd illud explanet, quod *subiectum* vocatur, *vt substernitur*. ¶ Idem omnino dicendum erit, de *cæteris finitionibus paronymis*. Immo & *paronymorum diuisiones* tam similes sunt *diuisionibus perse*, vt possint ad ipsas reuocari. Sic rectè *album* definîeris. *Album est coloratum disgregatiuum visus*. *Explicatio hæc*, sinonymè vsurpata, *definitio essentialis* citra dubium est. Constat enim genere, & differentiâ intrinsecis. Paronymè capta, nec *genere* constat, nèq; *differentia*; constat tamen *aliquibus* pro eis. Duobus, scilicet, paronymis: *superiori*, vt genere; vt differentia, *æquali*.

Idem omnino dicendum est de *diuisione colorati*. Namque, si in album, & nigrum *synonymè sumptum*

diui-

diuidatur: erit *diuiſio* per ſeſe; generis, inquam, in ſpecies. Sin autem paronymè: non erit *diuiſio per ſeſe*: tam ſimilis tamen, vt veniat in eam reducenda. ¶ Hæc doctrina vſqueadeò certè communis eſt, vt *innumeris rebus* profutura ſit.

Vnum hîc aduerterim. Scilicet, *definitiones phyſicas* paronymôn perfectæ modò ſint, eam vim habere, vt, more phyſico, vel *eſſentias* ſynonymôn neceſſariò explicent. Quocircà, oratio hæc *corpus diſgregatiuum viſus*, nedum explicat *ſubſtitutum albori nominanti*; ſed etiam *albore conſtitutum*. Euoluit enim *partes phyſicas*, quibus *ſynonymon ipſum* coaleſcit.

Definitiones paronymon, quãdo nam ſynonyma definiãt.

TERTIVS MODVS DEFINIENDI.

TERTIO, *terminus* rectè sic potuit definiri. *Terminus est, in quem resoluitur propositio: vt prædicatum, & de quo prædicatur: apposito, vel separato, esse, vel non esse.* Sic Aristoteles *terminum* finiuit, libr. 1. de *priori analysi*, capite priori.

Aristoteles.

Hæc *definitio* dupliciter in primis vsurpari potest: actu, & potentiâ. ¶ *Actù sumpta èadem* cum prima *definitio* est. Nihil enim præter illud explicat, *quòd actu terminat resolutionem syllogisticam*. Quocircà, sic *capta* erit profectò *definitio termini*; minùs verò *partis syllogisticæ*. Quòd *definitio*, & *pars* (supra dixi) nulla ratione conuertantur. ¶ *Potentià sumpta* èadem omnino cum *secunda* est. Namque verbis illis, *in quem resol-*

resoluitur propositio, *partis remotæ syllogismi* apertiùs profectò *ratio* declaratur, quàm vt negari posſit. Non enim *resolutio*, nisi in partem, est. Rurſus, non *quæuis enuntiatio* propositio est; ſed *ea* ſolùm, quæ *pars actualis syllogismi* est. Quicquid illud ergo ſit, in quod *propositio* resoluatur, *pars remota syllogismi* futurum est. Repugnat enim, *partem proximam*, quoquomodò reſolui, quin in *remotas totius* reſoluatur. Sed quoniam *propositio*, quæ totum quoddam ex partibus conflatum abſque dubio est, dupliciter poterat reſolui: *proximè*; & *remotè*: ideò Princeps, vt *partes remotas syllogismi*, quæ *termini* ſunt, ab illis remotis ſepararet, quæ non ſunt *termini*, iſthæc prædictis verba ſubdidit. *Vt prædicatum, & de quo prædicatur*. Notauit iſtis, non *quaſcũque remotas partes syllogismi* resolutionem terminare; ſed eas tantùm, quæ *proximæ* ſunt *propositionum*. Constat autem, *partes proximas*

propositionum syllogismi *subiectum*, vel *prædicatum* futuras esse. Et quoniã *tres partes proximæ* duarum propositionum *syllogismi* non sunt *partes* ex se; sed hoc ipsò tantùm, quòd *verbo* vinciuntur, & ligantur: ideò Princeps, vt ampliùs adhuc *propriam rationem partis* explicaret, sic subscripsit. *Apposito, vel separato, esse, vel non esse.* Quasi diceret. *Terminus* pars remota *syllogismi* futurus est. Non quæuis *remota*; sed, quæ *proxima* est *propositionis*. *Illa*, scilicet, quæ hóc ipsò *pars* est, quòd in *syllogismo* affirmamus, vel negamus. Nequit autem in *syllogismo* affirmari, vel negari, quin *aliquod verbum* apponatur. Apponitur *esse*, cùm affirmatur *verbo esse*: vt *homo est animal*. Apponitur *non esse*, cùm negatur *ipso*: vt *homo non est animal*. ¶ Separatur *esse*, cùm affirmatur *alio verbo*: vt *homo currit*. Separatur *non esse*, cùm negatur: vt *homo non currit*. At *suppositum*, & *appositum*, cuiuscumque *verbi* talia

sint,

ſint, nuſquam alio, quam *verbo* partes ſunt.

En, cur Philoſophus, *partem remotam ſyllogiſmi* accuratè finiens, tam expreſſam *verbi* mentionem fecerit. Scilicet, quòd *ſubiectum*, & *prædicatum*, ne alio quidem, quàm *appoſito verbo*, partes fiant. *Verbum* autem obinde ſolùm dicitur *apponi*, quòd ſemper ſit *nota prædicati*. Vt enim *ſubiectum ſupponi* dicitur, ſic *prædicatum* dicitur *apponi*: hüic illud; ad illud iſtud.

En, Philoſophus, ſub nomine *termini* illas partes *ſyllogiſmi* tractat, quibus rectè diſpoſitis, *ſyllogiſmus* concludit neceſſariò. Vocat *eas* terminos; quòd *reſolutio ſyllogiſtica*, vt *vis illatiua* reſoluenti pateat, non ſit deſcenſura ſubter illas. Quàm pulcrè Princeps *partes* tractandas, ab aliàs *diſcuſſis* internouit! Namque; cùm terminos *eas* appellauit, *illas* ſolùm *partes* diſquirendas innuit, quæ *tractatam analyſim* finirent.

En doctrinam Principis, quam *vulgus illex* tunc primùm obruere absque dubio cœpit, cùm, proprietate vocis ignorata, ad vniuersas voculas distendit illam. Nec solùm *voces omnes* appellauit terminos; sed etiam *conceptus* intellectus. Hinc factum est, vt, *syllogistico termino* ignorato, ne *vnum* quidem tractarint omnes; sed *suum* fermè quisque commentu-fuerit. Quid mirum, *tot* in Scholis *definitiones termini* grassentur?

Ecce, *terminus syllogisticus*, quem hîc cum Philosopho tractamus, nihil aliud esse putandus est, quàm *proxima pars propositionis, in quam vltimò syllogismus resoluendus erit.* Est enim (sæpè dixi) *remota syllogismi pars*: non quælibet; sed ea solùm, quæ capax est *resolutionem* terminandi. Quot sunt huiusmodi? *Tres partes proximæ duarum propositionum syllogismi*. Quòd *remotæ* eæ planè sunt, sine quibus *tota vis illatiua* notescit omnibus.

QVIN-

QVINTVM SIC. *Terminus syllogisticus* (vidimus hactenus) *subiectum*, vel *prædicatum* futurus est. Operæpretium ergo facturus ero, si *rationes* istorum aperuerim. Et quoniam *significatio vocum translatitia*, & propriam supponit, & ex ea nascitur: ideo nobis, omisso physico, *primum significatum logicum* eruendum est.

Quid verè subiici, quiduè prædicari, dicendūsit.

Tunc in Logica *aliquid subiicimus*, idque propriè, cùm *quippiam de illo* vel affirmamus, vel negamus. Tunc *prædicamus aliquid*, cùm ipsum de aliquo vel affirmamus, vel negamus. Ergo *subiici* nihil profectò aliud in *subiecto* est, quàm *illud esse*, *de quo vel affirmatur aliud*, *vel negatur*. Vnde, *prædicari* nihil omnino aliud futurum erit, quàm *illud esse*, *quod de alio affirmatur*, *vel negatur*.

Ecce, vt *visio* forma extrinseca *visi* procul dubio est: sic etiam *subiecti*, & *prædicati prædicatio ipsa*. Nec mirum, *subiectum*, & *prædicatum*,

quæ

quæ opposita videntur, vnâ, & eâdem formâ statuantur. Est enim hoc frequens in *extrinsecis*. Namque *album*, & *nigrum* ne alio quidem, quàm *albedine tertij*, talia sunt: simile illud, hoc dissimile. Sic *agens*, & *patiens* diuersa sæpè sunt: cùm tamen *actio*, & *passio* vnus omnino *actus* absque dubio sint. Sicut ergo *actio* agentis, *passioque* patientis *vnus solus actus* vtriusque sunt: sic etiam *subiectio* subiecti, & *prædicatio* prædicati, ne plures quidem sunt; sed *vnus actus*. Scilicèt, vel *affirmatio* mentis, vel *negatio*. Vt enim *vno motu* & *motor* mouet, & mouetur *mobile*: sic *vnà affirmatione*, aut *negatione*, & subijcitur *vnum*, & prædicatur *alterum*.

Habemus iam, *subiectum*, & *prædicatum* ècquidnam sint. Expediendum superest, *ratio hæc* in quibusnam rebus disquirenda fuerit.

DICO PRIMO. In enuntiationibus, quæ ex vocibus, pro rebus suppositis, conflantur, *ratio subiecti*, &

præ

prædicati, ne in *vocibus* quidem inuenîtur; sed in *rebus signatis*. Probo apodicticè. Est hoc à *definitione* ad *definitum*. De quocumque affirmamus, vel negamus, *id ipsum subiectum* absque dubio est. *Prædicatum* est, quod affirmamus, vel negamus. Constat autem, in *prædictis enuntiationibus*, non *voces* vocibus; sed *res ipsas* solùm subiectari rebus. Non enim in hac enuntiatione *homo est animal* vocem *appositam* de voce *supposita* affirmamus; sed rem de re, *vnitatem earum* exhibentes. Sic *enuntiatio* vera est, essètque falsissima, quando in ea, non rem de re; sed vocem de voce, affirmarêmus. Quòd *homo*, & *animal* voces distinctæ procul dubio sint.

DICO SECVNDO. In enuntiationibus, quæ ex vocibus *nullo modo suppòsitis* conflantur, ratio *subiecti*, & *prædicati*, absint quippe res, in vocibus solùm reperitur. Demonstro sic. De quocunque affirmamus, vel negamus, *id ipsum subiectum* absque dubio

dubio est. *Prædicatum* est, quod affirmamus, vel negamus. Constat autem, in prædictis enuntiationibus, ne *res ipsas* rebus; sed *voces dumtaxàt subiectari vocibus*. Non enim in hac enuntiatione *A. est B.* rem vllam de re verè, vel falsè prædicamus; sed vocem de voce, *vnitatem* earum exhibentes. Sic enuntiatio falsa est, essètque verissima, nisi affirmaremus *distinctum* de *distincto*. Namque *A.* & *B.* tam distinctæ profectò voces sunt, quã *homo*, & *animal*.

DICO TERTIO. Ratio *subiecti*, & *prædicati* nulla ratione reperitur, in *vocibus suppositis*. Demonstro planè. De quocumque affirmamus, vel negamus, *id ipsum* dumtaxàt *subiectum* est. *Illud* solùm *prædicatum* est, quod affirmamus, vel negamus. Constat autem, in enuntiationibus, quæ ex vocibus pro rebus suppositis conflantur, sic de rebus agi, vt nihil de vocibus agatur. Quî ergo *ratio subiecti*, & *prædicati* reperietur in eis?

Ecce,

Ecce, *voces suppositæ subiectum*, & *prædicatum* appellantur: non vtique, quòd talia sunt; sed, *quòd pro ipsis à nobis supponuntur*. Vnde in huiusmodi *vocibus* hoc erit *subiectum*, vel *prædicatum esse*, quòd pro *re subiecta*, vel pro *re prædicata*, collocari.

Cur voces suppositæ subiectũ, & prædicatum appellẽtur.

Ecce, *subiectum*, & *prædicatum*, de *rebus*, in quarum locum *voces* subrogamus, & de *vocibus*, quas nullo modo pro *rebus* substituimus, *synonymè dicuntur*. At, de *vocibus*, quas pro *rebus* supponimus, ne synonymè quidem prædicantur; sed *translatione vocis*, vel *homonymè*. Non enim *subiectum*, & *prædicatum* appellantur, quod verè subijciantur, prædicenturuè; sed, quod pro *subiectis*, *prædicatisuè rebus* supponuntur. Sicut ergo *manus cadaueris* (docuit Aristoteles) ne quidem *synonymè*; sed *homonymè* solùm, manus est: ita *voces* pro subiectis, & prædicatis *substitutæ*, ne synonymè quidem talia sunt; sed *extensione vocis*,

Notandũ maximè.

vocis, vel *homonymè*. Non enim sunt ipsa; sed in locum eorũ subrogantur.

Ecce, in vocibus *enuntiationem* componentibus, alia *partis*, alia *subiecti*, aut *prædicati* ratio est. Probo sic. *Voces* suppositæ, & *voces* non suppositæ synonymè conueniunt in *ratione partis*. Constat autem, in *ratione subiecti*, & *prædicati*, nullatenus eas conuenire. Rursus, *voces non suppositæ* synonymè conueniunt, cum ipsis rebus, in *ratione subiecti*, & *prædicati*. Constat autem, in *ratione partis*, nusquam *voces* cum rebus conspirare. In vocibus ergo *enuntiationem* componentibus, alia *partis*, alia *subiecti*, & *prædicati* ratio est. ¶ Sunt enim *partes*, quatenus *verbo* copulantur. Id profectò, quod *suppositis*, & *non suppositis* commune est. Sunt autem *subiecta*, aut *prædicata*, non sanè, quòd verbo coniunguntur; sed *diuersis rationibus*. *Voces suppositæ*, quód pro *subiectis*, *prædicatisuè rebus* supponuntur. *Voces non suppositæ*, quòd *subij-*

subijciantur ipsæ, aut *prædicentur*. In quo vtique, ne dehinc cum *vocibus*; sed cum *rebus signatis*, conuenire dixeris.

SED ROGABIS. Aristoteles, *terminum resolutionis syllogisticæ* definiens, post illa verba vt *prædicatum*, & *de quo prædicatur*, cur *ista* subdidit. *Apposito*, *vel separato*, *esse*, *vel non esse*? Et respondeo, proinde Aristotelem verbis prioribus *verba postrema* subdidisse, quòd minùs benè illa, vtpotè *homonyma*, quæsitam rationem partis explicarent. Vidit enim *raro illo acumine intellectus*, voces suppositas, quæ præcipuæ in doctrinis absque dubio sunt, ne hòc ipsò quidem *partes* esse, quo vel *subiectum* sunt, vel *prædicatum*; sed *eatenùs* tantùm, *quatenùs verbo ligantur*, & *vinciuntur*. Vt ergo in *proximis partibus enuntiationis*, *rationem partis* clarissimè omnium exhiberet, illud curauit explanandum, *quo actù sunt partes*, *tamquàm formà*.

Dubiũ.

Solertia Aristotelis.

SEX-

Sitnè verbū terminus rusādā.

SEXTVM SIC. Verbum inunciationis duplex est: *substantiuum*, & *adiectiuum*. ¶ *Substantiuum* est, quod omnibus verbis necessariò substat: vt *sum*, *es*, *fui*. Nullum enim verbū est, quod in *ipsum*, & *participium suum* resolui nequeat. Quòd idem sit *lego*, quod *legens sum*: idem *legebam*, quod *legens eram*. ¶ *Adiectiuum* est, quod significato substantiui vel *actionem* explicitè, vel *passionem* adijcit. Sic *lego* huic, quod est *sum*, actionem adijcit: sic *legor*, passionem. Namque, *qui legit*, agit: patitur, *qui legitur*.

Ergo negari nequit, quin *verba adiectiua*, ea ratione sumpta, qua *actionem*, vel *passionem* substanti addunt, *termini* sint *resolutionis*. Ecce syllogismus, qui in *verbum adiectiuum* resoluendus erit. *Omne animal respirat. Omnis homo est animal. Ergo omnis homo respirat.*

Dubium superest, sintne *termini*, quatenus *substantiuum* intercludant. Hac autem ratione si spectentur, eadem

eadem eorum ratio futura est, ac *verbi substantiui*. Examinandum ergo est, vtrùm *verbum esse terminus resolutionis existimandus sit*.

DICO PRIMO. *Verbum substantiuum* necessariò terminat *resolutionem syllogismi*. Probo planè. *Syllogismus* resoluitur in *partes proximas propositionum*: non vtcumque spectatas; sed sub *ratione partis*. Consideratas, scilicet, quatenùs tum *syllogismi*, tum etiam *propositionum* partes sunt. Constat autem, *medium*, & *extrema* hòc ipsò *partes esse*, quò *verbo substanti copulantur*. *Resolutiò* ergo *syllogismi* vel non attingit *partes*, qua ratione sunt partes, vel attingit *verbum*, quo partes sunt. Vt enim *corpus*, & *anima*, ne alio quidem *partes hominis*, tamquàm formâ, sunt, quàm *vnione substantiæ*, qua ligantur: sic *suppositum*, & *appositum*, ne alio quidem *partes enuntiationis*, tamquàm formâ, sunt, quàm *verbo substantiæ*, quo vinciuntur.

DICO SECVNDO. *Verbum substantiuum* in enuntiationibus quas Aristoteles de *secundo adiacente* nominauit, verè, & propriè *terminus* putandum est. Ratio apodictica huius est. *Terminus est pars remota syllogismi, apta nata, vt resolutionem eius terminarit*. Constat autem, *syllogismum*, nedùm ex *enuntiationibus tertij adiacentis* fabricari posse; sed etiam ex *secundi*. Namque *hic syllogismus* rectus est. *Omne animal est*. *Omnis homo est animal*. *Ergo omnis homo est*. Vides *syllogismum*, in quo *medium*, & *extrema* necessariò sunt. *Medium* est animal; sunt *extremitates* est, & homo.

DICO TERTIO. *Verbum substantiuum* in enuntiationibus, quas Aristoteles de *tertio adiacente* nominabat, & putari *terminus*, & non putari, potest. Namque *assumenti*, satis esse ad *rationem termini*, partem eam esse, quæ *resolutionem syllogismi* terminare pôsit, *terminus* profectò putandum est: *Assumenti* verò,

rò, illud insuper ad *rationem termini* necessarium esse, vt *ea pars syllogismi* futurum sit, quæ & *resolutionem ipsius terminare possit*, & *partem aliam complere nequeat*, haud *terminus* profectò putandum est. Namque primùm *resolutionem* terminat, vt dicebam nuper. Illud secundò est, quo *suppositum*, *appositùmque* & partes sunt, & *resolutionem* terminabunt. Vnde, cùm in hoc nihil Aristotelem definisse liqueat, vtrumuis pariter sustineri potest.

SED OBIICIES. *Ratio termini* in ratione partis absque dubio est. Constat autem, *verbum substantiuum* in enuntiationibus *tertij adiacentis* non tam esse *partem*, quàm *vnionem partium*.

Respondeo tamen, *verbum substantiuum*, in prædictis enuntiationibus, simul esse partem, & ligaturam partium. Ea profectò, quæ in vna re, nedum *artem* quidem; sed etiam *naturam*, coniunxisse, constat. *Ossibus, & neruis compegisti me*, fatebatur

Iob 10.

batur Iob Factori nostro. Hominis ergo nedum *ossa* partes; sed & *nerui* sunt. Constat autem, *neruos* ne aliter quidem hominem compingere, quàm connectendo *ossa*. Quominùs ergo *verbum esse* pars enuntiationis esse queat, nihil profectò obesse poterit, *nexum esse suppositi*, & *appositi*. ¶ Scio, esse nexus, qui nondum attingunt *rationem partis*. Sunt huiusmodi: *puncta* in linea; *lineæ* in superficie; *superficies* in corpore; & *similia*. Hoc autem, non proinde est, quòd *nexus* sint partium componentium; sed obinde potiùs, quòd partibus adiecti nec *longius*, nec *latius*, nec *profundius* faciunt. Est autem de *ratione partis*, vt augescat *totum* ex accessu illius. De *partibus*, & *nexibus* intelligendus sum: quòd *insitorum*, & *vnionis* longè alia ratio procul dubio sit.

Sunt nexus, qui non sūt partes.

Cur cōtinuatiua nō sint partes continui.

Ratio partis.

Aliud partes, aliud snut insita, Aristoteli

OBIICIES ITERVM. *Terminus* ex Aristotele, aut *subiectum*, aut *prædicatum* futurus est. Constat autem *verbum substantiuum* in enuntia-

tiationibus *tertij adiacentis* ne *subiectum* quidem, nec *prædicatum* esse; sed *interiectum medium*.

Respondeo tamen, *verbum substantiuum*; in prædictis enuntiationibus, *prædicatum* sanè citra dubium esse. Sic primò docuit Aristoteles, cùm scripsit hæc. *Apposito, vel separato, esse, vel non esse.* ¶ Ecce fatetur Aristoteles, *verbum substantiuum* nusquam non per se, vel per aliud apponendum esse. Constat autem, quotquot apponuntur *subiecto*, prædicari. Doctrinam Philosophi sic monstro. Quicquid affirmamus, vel negamus, *id ipsum prædicatum* absque dubio est. Constat autem, in enuntiationibus *tertij adiacentis*, de subiectis earum & *rem tertiæ vocis*, & *rem mediæ vocis*, affirmari. Namque in hac enuntiatione *homo est animal* hoc totum est, quod de *subiecto homine* affirmamus. Scilicet, *esse eum animal*. Quod enim hîc de *subiecto simplici*, & *incompleto* dicimus, ne *simplex voce*; *sed*

1. Priorum, capit. 1.

P, 3 com-

complexum est. Scilicet. *esse animal.* Vnde verbum *esse* vel in enuntiationibus *tertij adiacentis* prædicatum est. Sic planè docuit Aristoteles 1. libro Peri-hermenîas, capit. 3. Namque, vt *vniuersum verbum* definiret, sic scripsit. *Verbum autem est, quod consignificat tempus, cuius nulla pars significat extrà, & est semper eòrum, quæ de altero prædicantur, nota.*

1. Peri-hermeniæ c. 3

En Philosophus dissertè asserit, *verbum in enuntiatione semper esse notam prædicati*. ¶ Ecce *res ipsas* prædicata vocat: res quippe sunt, quarum *verba* notæ. ¶ Ecce quàm rectè dixerim, *vocem* obinde solùm *prædicatatum* dici, *quòd pro re prædicata supponatur*.

Res præ dicantur, & subijciũtur Aristoteli.

OBIICIES TERTIO. Aristoteles, locis à me nuperculè citatis, *verbo substantiuo* clariùs *rationem partis* detraxisse cernitur, quàm vt negari possit. Dixerat dudum, *propriam naturam verbi* in eo prorsus esse, *vt consignificet tempus*. Adiecit

Texon i tur Phi losophus.

cit illico (quàm scitè!) *verba per se sumpta* (idest, voce suppositâ sublatâ) *solùm esse nomina*. Proinde, scilicet, quòd sine tempore significent. Non enim vox *currit*, vocem modò suppositam demamus, *quempiam nunc currere*, significat. Probat à maiori in verbo *esse*: omnibus quippe verbis substare dicitur. Verba sunt hæc. *Nec si hoc ipsum est purum dixeris*. Suple, cum tempore significat. Prosequitur, dicens. *Ipsum enim nihil est*. Idest, nihil modò esse significat, dum nullam vocem supponamus ei. Id profectò, quod ita probat. *Consignificat autem compositionem quamdam, quam sine compositis non est intelligere*. ¶ Ecce, ex Aristotele, verbum *esse*, non tam *pars enuntiationis* videri posset, quàm *nexus partium*. Vt namque sæpè dixi, voces in enuntiationibus *illud* solùm dicuntur esse, pro *quo* supponuntur. Sic *vox supposita* subiectum dicitur; prædicatum *apposita*. Quòd pro subiecto *illa*; pro præ-

 dicato

dicato *ista*, supponatur. ¶ Ecce Aristoteli, si *verbum substantiuum* pars enuntiationis aliquando fuisset: *partem compositam* significare diceret; non verò *compositionem*, qua componitur. Verba repeto. *Consignificat autem compositionem quamdam, quam sine compositis non est intelligere*. Perinde videntur hæc, acsi dixisset. *Verbum substantiuum* non significat *partes*, quæ in enuntiatione componuntur; sed *compositionem earum*, qua ligantur.

Respondeo tamen, *nullum esse locum* in Philosopho, ex quo *verbum substantiuum* à ratione partis excludendum esse, vel leuiter possit coniectari. Namque nuper *obiectus*, rectè modò exponatur, nullatenùs fauet *obiectioni*.

Exponitur acroma: Dicit Aristoteles, *verbum substantiuum* compositionem quamdam designare; non tamen dicit, *partium enũtiationis significare nexum*. Quòd, quippe *ipsum* nexus sit, *ipsummet* sémet designaturum esset. ¶ Dicit Aris-

Ariſtoteles , *verbum ſubſtantiuum* compoſitionem quamdam deſignare; non tamen dicit , *ſignificare vnionem.* Quòd *partes enuntiationis*, ne alio, quàm *verbo* , connectuntur.

¶ Dicit Ariſtoteles , *verbum ſubſtantiuum* compoſitionem quamdam deſignare, quæ ſine *compoſitis* , nec eſſe poſsit , nec intelligi. De *arctiori* ergo *compoſitione* agit, quàm ea ſit , quæ in *duplici voce* reperitur.

Sed agedùm, refer animum. Princeps in præſenti nomine *compoſitorum* non intelligit *duas illas voces* , quæ huiuſmodi *verbo* colligantur. Quîd ergo? *Res ipſas*,pro quibus *hæ voces* ſubrogantur . Ipſæ namq; ſunt, quæ in affirmatione componuntur. Non, quòd *partes* ſint , quæ in *aliquo toto* componantur; ſed *quòd vna de altera affirmetur*. Namque Ariſtoteli hoc eſt *componere*,quod *vnum de altero affirmare* ; hoc *diuidere* , quod *inficiari* . Propterea certè ,*ſecundam operationem intellectus* , qua vel affirmamus , vel negamus , compoſitio-

Affirmatio compoſitio eſt Ariſtoteli:negatio eſt diuiſio.

positionem, & diuisionem appellauit.

Sed quid *componentes*, aut *diuidentes* facimus? Nihil profectò aliud, quàm *vnitatem*, aut *diuersitatem rerum iudicare*. Hoc facimus in *mente*. Sed quid in *ore*? Vnitatem, *affirmantes*; diuersitatem, *negantes*, exhibêmus. *Voce supposita* significamus *rem subiectam*. *Voce apposita* significamus *prædicatam*. Quid ergo *verbo medio*? *Vnitatem rerum*, componentes; *diuersitatem*, diuidentes.

Obiectä affirmationis extremorum vnitas; negationis diuersitas.

Habemus iam, quid Philosophus *nomine compositionis* intellexerit. Scilicet, nihil profectò aliud, quàm *vnitatem subiecti, & prædicati*. Hanc significamus *verbo esse*. Hæc talis est, vt sine *rebus*, nec concipere, nec significare, *illam* valeamus. Pulchrè ergo, de *signo eius* loquens, isthæc instituit Aristoteles. *Consignificat autem compositionem quamdam, quã sine compositis non est intelligere.* ¶ Contrarium dixisset de *non esse*, nisi, breuitatis studio, ex *vno opposito alterü* vellet

Cõpositio Aristoteli vnitas subiecti, & prædicati est.

Vnitas significata verbo esse nõ potest noscere sine rebus.

vellet indagari. Sciebat enim, quod instituit alibi. *Oppositorum*, inquam, *eandem rationem*, *& disciplinam esse*. ¶ Sic ergo de verbo *non esse* loquuturus erat. *Consignificat autem diuisionem quamdam, quam sine diuisis non est intelligere.*

Ecce *obiectum affirmationis* ne aliud quidem, quàm *vnitas extremorum*, futurũ est; *negationis diuersitas*. Hinc *vulgare proloquium* desumptũm fuit. *Distinctum nusquam verificatur de distincto*. Sed super hoc dum plura voles, lecturus eris S. Thomam 1. lib. Peri-hermenîas, lectio. 3. Et in Opusculo de *ente*, & *essentia*, cap. 4. Et 1. p. q. 13. artic. 12. in corpore. Et quæst. 85. art. 5. in solutione tertij.

SEPTIMUM SIC. Quod de *vocibus non significantibus*, idem de *significantibus* dicendum est, quando non supponuntur. Sicut enim hæc enuntiatio *homo est animal*, ablata penitus suppositione nominum, tantùm significat *vnitatem vocum*:

Mos fuit Aristoteli, altero oppositorũ posito, alterũ omittere.

Obiectũ affirmationis vnitas est: negationis diuersitas.

De vocibus nõ significãtibus quidnã dicendũ in præsentia

vocum: sic etiã enuntiatio hæc *Blytiri est scindapsus*, vtpotè Blytiri, & scindapsus pro nullis hactenùs rebus supponuntur, *solam vocum* designat *vnitatem*. ¶ Ecce, *vtraque enuntiatio* obinde profectò falsa est, *quòd diuersarum vocum vnitatem asserat*. Namque, nec nomen *homo* nomini *animal* vnum est, nec voci *Blytiri* vox *scindapsus*. Essent tamen *enuntiationes* veræ, si negarent. Quòd verissimè dicimus, vocem *homo* non esse vocem *animal*, nec *Blytiri scindapsus*.

Ecce, *voces expertes significatus*, perinde, atque *voces significantes*, quæ non supponuntur, *partes proximæ enuntiationis* absque dubio fuerint. Quid, obsecro, obesse poterit, quominùs *partes proximæ propositionis* reputari queant. Nihil profectò, præter ignorantiam, exinde planè ortam, quòd iamdiù *Scholæ*, loco Principis, despicatissimos Sophistas versari cœperint.

Petrus Hispanus.

Petrus Hispanus, quem magna

pars

pars vulgi sequuta est, sic *terminum finiebat*. Terminus est *vox significatiua ad placitum, ex qua simplex conficitur propositio, vt homo*. Hic autor, qui primus putatur *Summularum*, si *enuntiationem simplicem* à *propositione* distinguebat, parum abfuit, quin *terminum* Principis finiret. Namque *ratio termini* in eo, ex Aristotele, ponenda est, vt & *pars proxima propositionis sit, & remota syllogismi*. Hæc enim sola est, quæ *resolutionem syllogismi* terminare potest. Id profectò, quod *partes proximæ enuntiationis* tunc primùm habere dicendæ sunt, cùm *enuntiatio* fiet propositio. Quòd *partibus proximis enuntiationis*, nondum in *syllogismo* constitutæ, illud deêsse putandum sit, sine quo minimè vsquam *resolutionem* eius terminarent. Quî enim, cuius partes non forent, *resolutionem* eius definîssent? Namque (superiùs dixi) *actù esse partem, eàmque proximam, propositionis syllogisticæ*, & *potentiam pro-*

proximam habere, *quo resolutionem syllogismi terminare possint*, nulla ratione distinguenda sunt.

Definitio ergo *termini*, quam Petrus Hispanus venditauit, vulgûsque coëmit, *multis nominibus* reprobanda est. ¶ Primo, quód *rationem* subticeat *partis proximæ*, quà vltimò *terminus* finitur. ¶ Secundo, quód ex mente Autoris, nedum *vniuersis partibus enuntiationis*, & *propositionis* adaptari queat; sed *vniuersis* etiã *vocibus solutis*. ¶ Tertiò, & maximò, quòd nec *integrum definitum* comprehendat: Excludit enim & *voces significantes*, quæ supponi possent, & *expertes significatus*, quæ non possunt.

Voces non significantes termini fuerunt Aristoteli.

Et sanè *vtrasque has voces* terminos esse apud Philosophum, vel *capitonibus* demonstro. Terminus est *pars illa remota syllogismi*, *quæ apta nata est*, vt *resolutionem eius terminarit*. *Vtræque istæ voces* sunt huiusmodi. Sunt ergo *termini*.

Ratio a prædicta cauda de finitione ad definitum.

Ad apodixin hanc quidputas reddunt

dunt *ceruicosi* ? *Propositiones*, ex huiusmodi vocibus *cōfectas*, solùm esse *enuntiationes materialiter*. Ac proinde, *huiusmodi voces* nondum esse *terminos formaliter*. ¶ Sed (resipient fortè) *hoc vnum* ab illis patienter quærito. Sciantnè, vndenam *rationes formales*, & *essentiales rerum maximè omnium internoscendæ sint* ? Si tibi responderint, *rationes formales*, & *essentiales rerum*, necunde meliùs, quàm ex *definitionibus earum*, internoscendas esse, *actum de illis citra dubium, puta*. Namque *istæ orationes* enuntiationes sunt; hoc ipsò *propositiones* efficiendæ, quòd in *syllogismo* proponantur. *Homo est animal* : *Blytiri est scindapsus* : *A. est B.* Quæuis earum erit hæc. *Oratio, in qua verum, vel falsum est*: *oratio affirmatiua*; *vel negatiua alicuius de aliquo*: *oratio, quippiam esse, vel non esse significans*: vel (quod interpres vertit barbarissimè) *oratio quippiā essendi, vel non essendi, significatiua*. ¶ Omnes

Definitiones Arist.

sunt

sunt affirmatiuæ, & significant *esse*. Scilicet, vocem *homo* esse vocem *animal*: vocem *Blytiri* esse vocem *scindapsus*: litteramque *A*. elementum *B*. Sunt insuper falsæ: quòd *distinctum* affirment de *distincto*. Hæ namque voces, ne *vnus* quidem *sonus*; sed diuersi, sunt. *Homo*, & *animal*: *Blytiri*, & *scindapsus*: *A*. & *B*. Id profectò, quod ex auditu constat, *surdòsque* solùm præterire potest. Falsò igitur vnam de altera affirmamus, negaremúsque verissimè.

Dixerint fortè labeônes. *Enuntiationes*, quas adduximus, obinde esse propositiones materialiter, quòd itidem sint & orationes. Est enim oratio, Autore Principe, *vox significatiua ad placitum, cuius partes separatæ aliquid significant*. Constat autem, *nullam prædictarum enuntiationum* ex eis primò partibus cõflari, quæ *quippiam* designent separatim. Namque in eis solum *verbum esse* significare cernitur. Constat autem

autem, *verbum esse* nihil omnino *extra enuntiationem ipsam designare*. Sic planè docuit Aristoteles (diximus superiùs) 1. libr. Peri-hermenîas, cap. 3 vbi sic instituit. *Nec si hoc ipsum est purum dixeris. Ipsum enim nihil est. Consignificat autem compositionem quamdam, quam sine compositis non est intelligere.* ¶ Ecce, *verbum esse* intra *enuntiationem* illud planè significare dicitur, quod nequîret extra. *Enuntiationes* ergo *nostræ* non plenè participant *rationem formalem orationis*. Eam, scilicet, quæ in *definitione ipsius* explicatur. Constat autem, *ea* solùm formaliter *talia* nuncupari, quæ sub *definitione* continentur. *Enuntiationes* ergo *nostræ* obinde sanè *propositiones* erunt diminutè, quòd itidem sint & *orationes*.

Respondeo tamen, *obiectione hac* eos dumtaxàt homines impediendos esse, qui, neglecto Aristotele, vel ignorato, molestissimis Sophistarum nænijs deuouerunt se. Ergo *in-*

Q *commo-*

commoda, quæ nuper à nobis ob-iecta sunt, hoc ipso penitus cessabunt, quòd, Aristotelem solùm suspicientes, Petrum Hispanum despiciâmus. Autorem sanè, qui magis in Sophistis, quàm in Aristotele, versatus, nec *terminum* agnouit, nec *orationem nostram* penetrauit. Quid inde factum? Vt inscitè prorsus, ne stultè dixero, *vtramque rem logicam* finierit.

Definiebat *terminum*, his verbis. *Terminus ergo est, vox significatiua ad placitum, ex qua simplex conficitur propositio, vt homo*. Dixi nuperrimè, *definitio hæc* quantùm ab Aristotelica dissideat. ¶ His definiebat *orationem*. *Oratio est, vox significatiua ad placitum, cuius partes separatæ aliquid significant.* ¶ Ecce, si isthæc Petri Hispani *commenta*, tamquàm *definitiones*, suspiciamus: nec erunt *termini* non significantes, nec *oratio* ex eis.

Petrus Hispanus.

At istæ non sunt *definitiones* Aristotelis; sed *vana figmenta* Sophistarū.

Pona-

Ponamus *definitionem* Aristotelis, vt vel *ipsa* monstrent, quantùm ab scopo Petrus Hispanus aberrarit.

Aristoteles 1. libro *Priorum Analyticorum*, capite primo; sic sanè terminum finiuit. *Terminum voco, in quem resoluitur propositio: vt prædicatum, & de quo prædicatur: apposito, vel separato, esse, vel non esse.* Ergo *ratio termini*, secundùm Aristotelem, illud solum exigit, vt resolutionem *syllogisticam* terminare possit. Constat autem, *voces expertes significatus* & *syllogismum* coagmentare, & *analysim eius terminare posse.* En syllogismus formalissimus. *Omnis vox est sonus. Blytiri est vox. Ergo Blytiri est sonus.* Vllúsne tam vecors, vt negare ausit, *hunc syllogismum* in vocem *Blytiri* resoluendum esse? Ni desipiat, minimè. Ergo *definitio termini*, quā Aristoteles inuênit, præter voces significātes, eis etiā poterit aptari, quę nihil ex instituto designarunt. Idem iudicium

habendum erit, de *vocibus significantibus*, quando non supponuntur. Petrus ergo Hispanus, ne *terminum* quidem; sed *partem* illius, definîerit.

Aristoteles insuper 1. libr. *Peri-hermenias*, cap. 4. sic orationem definiuit. *Oratio est vox significatiua, cuius partium aliqua separata significat: vt dictio; sed non affirmatio, vel negatio.* Ergo ratio orationis, secundùm Aristotelem, illud solùm exigit, vt *una sola parte significante* constet. Patet autem, *singulas prædictarum enuntiationum* singulis constare vocibus, ex instituto humano designantibus. Constant enim *verbo substantiuo*, quod ex instituto hominum significat. ¶ Quòd si quispiam proteruè putet, *verbum esse* non esse *partem orationis*; sed *nexum partium*: adducam ego *versionem antiquam Aristotelis*: in qua ne *pars* quidem exigitur *significans*; sed *quippiam partium*. Constat autem, *verbum substantiuum*, aut *partem*

Aristoteles,

Versio noua, vel Argyropyli.

enun-

enuntiationis futurum esse, aut *partium aliquid*. Ergo *versio antiqua*, qua S. Thomas vsus est, sic plane habet. *Oratio autem est, vox significatiua, cuius partium aliquid significatiuum est separatim: vt dictio; non, vt affirmatio, vel negatio.*

Versio antiqua.

Ecce, vox hæc *A. est B.* que ex tribus voculis compacta fuit, perfectè, & formaliter oratio est. Namque significat, non vtique naturâ, sed instituto humano, *sonitum A. vnum esse re ipsâ cum sono B.* Vel dicant Hispanistæ, quî aliter *enuntiabile istud* exhiberi posset? Est ergo *vox instituto significans, cuius partium aliqua separatim significat*. Atqueadeo *oratio, in qua verum, vel falsum necessariò est*. ¶ Ecce vox hæc *Blytiri est scindapsus*, quæ ex totidem voculis confecta fuit, perfectè, & formaliter oratio est. Namque significat, idque falsè, *Blytiri, & scindapsus non esse plures sonos*. Est ergo *vox instituto significans, cuius partium aliquid separatum significat*.

Atqueadeò *oratio, in quà verum, vel falsum necessariò est*. ¶ Ecce vox hæc *homo est animal*, quæ ex tribus est conflata vocibus, cùm ita adhuc sit, vt *prima*, & *tertia* nulla ratione supponantur, perfectè, & formaliter oratio est. Namque significat, idque falsè, *sonitum homo unum esse re ipsà sono animal*. Est ergo *vox instituto significans, cuius partium aliqua separata significat*. Atquèadeò *oratio, in qua verum, vel falsum necessariò est*. ¶ Ecce Petrones nostri, pro ambrosia, nectarèque Philosophi fæces Sophistarum, & excrementa venditant. Ignorant planè, summum Philosophorum Principem eò in definiendo solertem fuisse, vt Scholis Ecclesiæ ne ob aliud quidem donatus à Deo videatur. Ipse est, qui dixit, *sine definitione nihil omnino sciri posse*. Tantus profectò in definiendo erat, vt obinde solùm *oculus naturæ* cognominatus fuerit. Excelluit in hoc cæteris mortalibus, vt cuique studioso fiet ob-

Aristoteles oculus naturæ nominatus est

uium

uium, qui diligenter ipsum lectitârit. Quid istis dixero, qui, eo relicto, in Petrum Hispanum diuertêrunt? Despecto nucleo, fructûque neglecto, *putamina* Principis, atque *quisquilias* solùm rositare.

Tu autem sic solùm cum ipsis actutus eris.

Afferto illis *definitiones Aristotelis*. Hoc primùm facto, vel amplectuntur eas, vel non item. ¶ Si *primum*, non dubites, quin apodicticè eos conuicturus fueris. ¶ Irridêto, si *alterum*. Namque *contra principia negantes* (cordatissimè docuit Aristoteles) *non est argumentandum*. Constat autem, inter disputantes *definitiones* primùm constituendas esse. Propterea Princeps *theses eas*, vel *positiones* appellauit.

DISPVTATIO VNICA SVPER MATERIA CAPITIS.

SVPER materia capitis, duo veniunt discutienda. ¶ *Primum*, vtrùm fabrica syllogistica rectè fuerit à termino inchoata. ¶ *Secundum*, vtrùm definitio termini sit optima.

QVAES-

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrùm fabrica syllogistica rectè fuerit à termino inchoata.

ANTITHETA.

Ligant Sophistæ sustinendū thesis.

PRIMO. Illud naturâ nostrâ insitum habemus, vt è *notioribus* nobis ad *occulta* nobis, *minusuè nota* progrediamur. Sic docet Aristoteles, 1. lib. Physicorum, cap. 1. textu altero. Constat autem, *orationem*, *enuntiationem*, & *syllogismum*, de quibus dissertum est in *fabrica*, longè *nostro termino* notiora esse. Namque *totum sensu notius est*, docet Aristoteles, capite citato, textu 4. Est ergo notius quoad nos, quàm partes eius. Ea namque

que sunt *notiora* nobis, quæ *propinquiora* sensui. Sic etiam instituit Aristoteles 1. lib. Posteriorum, capite 2. textu 5. Constat autem, *orationem*, *enuntiationem*, & *syllogismum* tota quædam esse, quæ ex terminis primùm componuntur. *Oratio* ergo, *enuntiatio*, & *syllogismus* notiora *termino* procul dubio sunt. Fabrica ergo syllogistica non sanè fuit à *termino* inchoanda; sed ab *oratione*, *enuntiatione*, aut *syllogismo*.

SECVNDO. In omnibus doctrinis, quarum sunt principia, causæ, & elementa, illud in primis curandum est, vt ab ipsis primis principijs, causis, & elementis exordiamur. Sic planè docet Aristoteles, 1. lib. Physicorum, cap. 1. textu 1. Constat autem, vniuersa, quæ in *fabrica* tractantur, ex litteris, & syllabis, tamquàm ex primis principijs, integrari. *Fabirca* ergo *syllogistica* non fuit à *termino* inchoanda; sed à litteris, & syllabis.

TER-

TERTIO. Incognitione scientifica cuiuscumque rei illud diligenter obseruandum erit, vt ab vniuersalioribus ad minùs vniuersalia procedamus. Dictum est Philosophi, citato capite, textu 4. Constat autem, vniuersa, quæ in *fabrica* tractantur, tamquàm ex *vniuersalissimis principijs*, ex *voce* primùm, exque *significatione illius* coagmentari. *Fabrica* ergo *syllogistica* non fuit à *termino* inchoanda; sed à *voce*, vt materia, & *significatione vocis*, tamquàm forma.

QVARTO. Terminus resolutionis syllogisticæ apertè definitur per *propositionem*, quam componit. Fuit ergo vel ignorandus *terminus*, vel prænoscenda *propositio*. Quî enim *terminus*, eô ignoratô, noscerêtur, cuius est, quod est? *Fabrica* ergo *syllogistica* non fuit à *termino* inchoanda; sed à *propositione prænoscenda*.

PYHO-

HYPOTHETA.

Ponā præ cūctis fundamēta veri.

PRO DECISIONE *dubij* duo veniunt discutienda. ¶ *Primum*, quam methodum præceperit nobis Aristoteles. ¶ *Secundum*, sitne vna prædicta methodus, an plures.

QVAM METHODVM præceperit nobis Aristoteles.

PRIMVM SIC. Aristoteles 1. libro Physicorum, capite 1. Autor fuit methodi inchoandi. *Duo* ergo præcepit *obseruari*. Primum, vt inchoëtur á *principijs*. Secundum verò, à *communioribus*. Vtrumque probauit luculenter. ¶ Primum sic. *Scire est rem per causam cognoscere*. Sic ipse *scire*

de-

finierat 1. libro Posteriorum, capit. 2. Vt ergo res à principijs, causis, & elementis incœpit esse, ab eisdem incipiet & cognosci. Sic enim *res* se habet in *cognosci*, vt se habet in *esse*. Dictum est Philosophi 2. lib. Metaphysicorum, capite 1. textu. 4. ¶ Secundum ita. Illud naturâ nostrâ insitum habemus, vt è notioribus nobis ad occulta nobis, minusvè nota progrediamur. Constat autem, *vniuersaliora* longè notiora esse quoad nos, quàm *minùs vniuersalia*, vel *communia*. Namque ea magis noscimus, quæ frequentiùs conuersamus. Ecquis autem abnuat, eò crebriùs res obijci intellectui, quò magis communes, & vniuersæ sunt? Sæpiùs sic rationem animalis, quàm rationem hominis, cognoscimus. *Hanc* quippè in rationalibus; *illam* verò in rationalibus, & brutis. *Vniuersaliora* igitur longè notiora nobis citra dubium sunt, quàm *minùs communia*, & *vniuersa*. Quocircà (rectè concludit Aristoteles) ab *illis* vtique;

vtique; non autem ab *iſtis*, inchoandum erit. Id enim (inquit) naturâ noſtrâ inſitum habemus, vt è *notioribus* nobis ad occulta nobis, minuſuè nota progrediamur.

Methodus Philoſophi. *Methodus* ergo, quam Ariſtoteles inuênit, in eo tota eſt, vt ab *illa ratione* cuiuſque notitiam exordiamur, in qua *vniuerſa principia, elementauè illius conſpirarint*. Idcircò in doctrinis, nec à quibuſque principijs inchoandum erit, nec à quacumque ratione communiori; ſed à *principijs proprijs*, illam primodùm rationem in *ipſis* definiendo, in qua *ipſa* conuicerint. Arripito ex Phyſicis, quæcũq; hîc deſiderari videbũtur.

SITNE VNA PREDICTA *methodus, an plures.*

SECVNDVM SIC. Methodus Philoſophi dupliciter poteſt ſpectari. Primò, vt procedit à *principijs*: ſecundò, vt à *notioribus*. ¶ In primo

mo progressu, *naturam ipsam* imitamur. Ex eisdem namque rem ipsam noscimus, ex quibus compacta fuerat per naturam. ¶ In secundó, non tam naturã ipsam æmulamur, quàm prouidemus nobis. Multùm enim imbecillitati nostræ subuenîmus, dum ad *notitiam rerum*, quam naturã optamus, per clariora gradimur.

Hinc vulgus duplicem ordinem distinxit: vnum *naturæ*; alterum *doctrinæ*. ¶ Sed vnus est, qui duo petit. *Primum*, vt exordiamur à principijs: *Secundum*, à notioribus. Ordîmur à *principijs*, cùm *partes totius* perscrutamur. Ordîmur à *notioribus*, cùm ea primùm in *partibus* venamur, quæ communia eis. ¶ Sic fit, vt, *conuenientia partium* optimè prænotã, faciliùs inde differentias earum dignoscamus. ¶ Fit etiam, vt *conuenientià partium*, ac *discrepantià* notis, principia putemur cognouisse. Sic sanè pergimus ad *totũ*, distinctè iam ipsum cognoscẽtes.

Aucu-

Aucupamur essentiam, vt affectus exinde demonstremus.

Ecce *vnica methodus* Philosophi *vtrumque* vulgi *ordinem* complectitur. Cur, quæso, multiplex censetur?

CRISIS.

Ieci iam prima, sustinendum pono.

F*ABRICA syllogistica rectè fuit à termino* inchoata. Doctrina est verissima: & probatur. Quia, ex Philosopho, locis à me nupercu'è allegatis, tunc rectè *notitiam totius* aucupamur, cùm à *primis principijs, causis*, & *elementis* eius exordimur. Idque, tunc maximè, cū nō à *principijs* sigillatim *notitiam totius* inchoamus; sed ab *aliqua ratione communiori*, in qua *vniuersa principia* conspirarint. Constat autem, *præcisam rationem termini in communi*, quam in exordio *fabricæ* explicamus, *primis syllogismorum elementis* & communem esse, &

& essentialem. Namque *prima elementa syllogismi* tria sunt; *medium*, & *extrema*. Hæc autem in eo primodùm conspirare constat, vt *resolutionem syllogisticam* terminare possint. *Fabrica* ergo *syllogistica* rectè fuit à *termino* inchoata.

PARATHETA.

Isthæc suppositis consectaria hærent.

PRIMVM EST. In exordio *fabricæ*, apertè seruari *ordinem naturæ*. Ratio est. Quia *ordo naturæ* in eo vulgò ponitur, vt *à partibus ad totum processus sit*. Constat autem, *terminos resolutionis syllogisticæ* vnà quidem esse, & *partes proximas duarum propositionum syllogismi*, & *remotas eius*..

SECVNDVM EST. Seruari etiam *ordinem doctrinæ*. Ratio est. Quia *ordo doctrinæ* in eo vulgò ponitur, vt procedamus à *notioribus*.

Constat autem, *rationem termini in communi* notiorem esse *terminis.*

TERTIVM EST. In *fabrica* non solùm procedi à *partibus* ad *totum*; sed à *toto* ad *partes.* Ratiò est. Quia *ratio termini in communi*, etsi pars metaphysica cuiusque *terminorum* citradubium sit, etiam est *totum logicum* comparatione eorum. Est *totum vniuersale*, quatenùs adunat omnes in se se. Est *totum prædicabile*, quatenùs continet omnes inuolutè. Quid autem in *superiori* differat, inter *adunare inferiora*, & *continere*, ex Logica petendum.

Ecce, cur vulgò dicitur, in eo esse *ordinem doctrinæ*, vt à *toto* ad *partes* procedamus. Non enim de *quocumque toto* intelligendum est; sed de *confuso*, & *potentiali.*

LY-

LYSIS.

Soluo sophismata, vnde dubium solui.

PRIMVM SIC. Methodus Philosophi non in eo esse putanda est, vt *notitiam rerum* à quibuslibet notioribus indiscriminatim exordiamur; sed in eo solùm, vt ab *aliqua ratione* notitiam earum auspicemur, quæ notior nobis, quàm *principia*, sit. Erit *ea illa*, in qua *insita scibilis* cõspirent. Qua autem cognitione *ratio illa communis* insitis conspirantibus *notior* sit, ex Physicis petendum absque dubio est.

Cogn[itione] naturali, pr[...] uia ad doctri[...] nalem.

SECVNDVM SIC. *Logica* non componit ex *syllabis*, & *litteris*; sed ex *dictionibus*, quas *Grammatica* iamtùm composuerat ex eis. Quocircà *compositio vocum* ex *litteris*, & *syllabis*, potiùs est *grammatica*, quàm *logica*. Non enim rarò accidit, vt *vna ars* materiam præstet, ac sumministret *alij*. Quid ergo mi

rum, *prima principia huius* componat *illa*?

Sed *notitiam rerum naturalium* ex *primis*, & *simplicissimis principijs*, cur, obsecro, in *Physica* inchoamus; in *Logica* non item? ¶ Proinde sanè, quòd *Philosophia* non est *doctrina operatoria*; sed merè speculatrix. Idcircò, vnde primùm *natura* compositionem cœpit, indidem *Philosophus* notitiam incipit. ¶ At *Logica* scientia sanè est; sed *compositoria*, & *operatrix*. Quocircà satis *illi* est, si, vnde *res suas* fabricari cœpit, indidem *ipsas* cogitare incipiat.

Philosophia merè theorica, vel speculatrix est; Logica non item.

TERTIVM SIC. Logica non componit signa; sed *arbitrium hominum*. Vt enim *artes* non sanè componunt *naturalia*; sed assumunt ea, vt suas inde machinas moliantur: sic etiam *Logica*, non fabricatur *signa prima*; sed *sua ex eis*. Homines planè sunt, qui absque omni arte, solo naturæ ductu, signa arbitratu confecerunt. Nec aliud fortè Plato voluit, cum in Cratylo *natura voces significare*

Plato exponitur.

care dixit. Non, quòd sentiret, *absque instituto humano designare*; sed, quòd videret, *signa fieri à nobis* ante omnem artem. Id namque Philosophi in more habent, vt adscribant *naturæ*, quæcumque molimur absque *arte*. Videri ergo potest, Platonem non distinxisse *naturam* contra liberum; sed solùm contra *artem*. Quocircà *Aristoteles* 1. lib. Peri-hermenias, cap. 4. ne *Magistrum* quidem; sed *alios antiquos*, confutarit.

Aristoteles discipulus Platonis.

7. libro Metaphysicorum c. 5.

Definitio ex additione qualis?

QVARTVM SIC. Sæpè accidit, vt res definiamus per extrinseca. Toties, scilicet, quoties *res definita, externi est, quod est*. ¶ Istæ sunt res, quas, dicebat Philosophus, non tam simpliciter, quàm *ex additione definiri*. Proinde fortè, quód in his rebus, nisi *externis additis*, ne *intrinseca* quidem explicari queant. Legito Principem 7. libr. Metaphysicorum, cap. 5.

Arist. 7. Metaphysicor. c. 5.

Definitio ex additione, vel per additamentum.

Ecce, *terminus* eiusmodi est, vt *per extrinsecum*, vel *ex additione* definia-

definiatur. ¶ Scio, Aristotelem sæpissimè res *ex additione* definisse. Vix tamen vsquàm *extrinseca additamenta* præfiniuit. ¶ Definiuit *naturam* per *motum eius*, secundo libro Physicorum, capite priori. Constat autem, *definitionem motus* vsque ad *secundum tertij* distulisse. ¶ Definiuit *motum* per *mobile*, & *motiuum*. Constat autem, neutrum eorum præfiniisse. ¶ Definiuit *animam* per *viuens*, secundo libro de *Anima*, capite priori. Constat autem, nusquàm eum *animatum corpus* præfiniisse. ¶ Definiuit iterum per *actus vitæ*, eodem libro, capite secundo. Constat autem, nec *potentias vitales*, nec *operationes vitales* præfinisse. ¶ Definiuit *lumen* per *conspicuum*, secundo libro de Anima, capite septimo. Constat autem, nusquàm anteà *diaphanum actu* præfinisse. ¶ Ecce; quicumque putat, minus bene *terminum* per *indefinitam propositionem* defini-

nitum fuisse, aut nusquam consuluit Aristotelem, aut consultum deserit.

SED OBICIES. Nequit *definitum* definitione patefieri, ignotis illis, quibus notificatur, & finitur. Doctrina est Philosophi, 3. libro Physicorum, capite priori: Namque rationem reddens, cur *post naturam* de *motu* disserat, hanc causam attulit. Quòd, scilicet, sit *natura* quidem *principium motus*. Quocircà, addidit, ignorato *motu*, necessum est *naturam* ignorari. Idem igitur de *quocumque alio additamento* sentiendum erit. *Propositio* ergo, per quam *terminus resolutionis* definitus est, prædefinienda *termino*, ac prænoscenda fuit.

Respondeo tamen, rectè Aristotelem dixisse, *ignorato motu, etiam naturam ignorandam esse*. Proinde, scilicet, quòd *natura motus naturalis principium sit*. Id certè, quod de

quocumque alio additamento intelligendum est. ¶ Scio tamen, Aristotelem non proinde *motum* ante *naturam* definisse; sed multo post *eam definitam*. Cur ita? Proinde certè, quòd *additamentum* semper est notius, quoad nos. Vt igitur *rem vllam* per *ipsum* definiamus, *rudis illa cognitio* satis est; quam celeriter arripimus. ¶ Negare nequeo, quin *res definita* multo clariùs noteat, post *additamentum definitum*. Hoc tamen non conuincit, prædefiniendum esse *additamentum*. Namque, vt *vnum* per *aliud* definiamus, satis futurum est, *hoc illo* notius sit, notùque facilius.

OBIICIES ITERVM. Aristoteles 6. lib. Topicorum, capit. 3. conspicuè docet, illud solùm exactè definiri, quod per *priora*, & *notiora* definitur. Constat autem, Aristotelem non esse intelligendum de *magis notis quoad nos*; sed de *notioribus naturâ*. Secus (intulit) *cuiusque rerum definitio* non esset vna quoad omnes;

omnes; sed quisque *definitione sua* definiret. Non enim (ait) *eadem* sunt *notiora* omnibus; sed *ista* illis, *illa* istis.

Respondeo tamen, Aristotelem non esse de *additamentis* exponendum; sed de *partibus intrinsecis*. Nusquàm enim per *additamentum externum* definîmus, quin, in re definita, *internas partes ipsius* dignoscamus. Constat autem, *internas partes*, quas *in definito* propalâmus, *priores naturâ*, *atque notiores esse*. Proinde subdidit, per *proprium genus*, pèrque *differentiam propriam* definiendum fore. Sunt enim hæc & priora, & notiora *definito*, vt suadet illic. *Priora*, quia ipsum componunt metaphysicè. *Notiora* autem, quia notescunt iterum in illo, postquam separatim in se se. ¶ Ecce, Philosophus non tam *additamentorum extrinsecorum* satagit, quàm *internarum partium definiti*.

OBICIES TERTIO. Aristoteles, diligentissimus methodi obseruator,

uator 1. lib. de *Priori Analysi*, cap. 1. prius, quàm *terminum*, *propositionē* definiuit. Innuit ergo, *fabricam*, & *compositionem syllogisticā* à propositione; non autem à *termino*, inchoandā esse.

Vbinam Philosophus fabricam syllogisticam simpliciter incepit.

Respondeo tamen, Aristotelem non præcepisse *regressum*; sed *progressum*. Perpetuò namque, quamdiù *quippiam* exorsus per se fuit, incêpit à *simplicibus*. Nosces, cùm scîueris, vbinam Princeps *fabricam syllogisticam* exorsus fuerit: Ibi, scilicet, vbi *simplicem apprehensionem mentis* ne *minòri* quidem, quàm *summo artificio*, corrigebat. ¶ Nam, qui *syllogizat*, apertè *iudicat*, vt patet. Iudicarétne vllus, quin *apprehendisset*? Minimè profectò. *Fabrica* ergo *syllogistica* exinde planè debuit inchoari, vbi *prima apprehensio* castigatur. Ostendemus in Logica, *simplicissimam apprehensionem mentis* nullibi primùm, quàm in *Categoriarum opusculo*, emendari.

Aristoteles ergo nec in *Analyticis*, nec in *Hermeniacis fabricam syllogis-*

logisticā exorsus est; sed in *Categorijs*. Constat autem, in *egregio libro decem Categoriarum Aristotelis* nec *propositionem*, nec *syllogismum* fabricari; sed *prima* solùm *fundamenta* iaci. Nos igitur rectè inchoamus à *simplicibus*.

QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrùm definitio termini sit optima.

ANTITHETA.

Ligant Sophistæ sustinendū thesis.

PRIMO. *Omnis definitio* conuenit *definito suo* per se primò. Constat autem, *definitionem termini*, quā affert Aristoteles, non conuenire per se primò *proximis partibus propositionis syllogisticæ*. Nāque *cōpositio* prior omnino *resolutione* est. Pars ergo priùs cōponit *totū*, quā

vt *totum* in *partem resoluatur*. Constat autem, *partes proximas propositionis syllogisticæ* proinde solùm *terminos* vocari, quòd illud sunt, in quod *resolutio* terminatur. *Definitio* ergo *termini* non sanè explicat *essentiam partis syllogisticæ*; sed purum accidens. Quæ ergo erit optima?

SECVNDO. *Nulla bona definitio* alijs conuenit, quàm *suo definito*. Constat autem, *definitionem termini* orationi, enuntiationi, ac definitioni conuenire. Namque *istæ orationes* enuntiationes sunt. *Homo albus est animal rationale*: *homo est animal est enuntiatio*: *animal rationale est definitio*. Possunt propositiones fieri, & in *syllogismo* collocari. Quo sanè facto, *partes earum proximæ*, *termini formalitèr* citra dubium fuerint. Constat autem, in proximis partibus illarum, *orationem*, *enuntiationem*, & *definitionem* reperiri. Namque *homo albus*, oratio est; *homo est animal* enuntiatio:

ani-

animal rationale definitio. *Definitio* ergo *termini*, quæ iſtis conuenit, vt potè aliјs, quàm *definito* competat, quo pacto, quæſo, erit optima?

TERTIO. Illud ſolùm rectè definitur, quod per priora, & notiora definitur. Dictum eſt Philoſophi 6. libro Topicorum, capit. 3. & ſæpè aliàs. Conſtat autem, *terminum*, vtpotè per *propoſitionem* definitur, per *poſterius* ſe, *ignotiùſque* planè definiri. Namque propoſitio & poſterior *termino*, & ignotior eſt. *Poſterior*, quòd ex illo eſt. *Ignotior* autem, quia nequit cognoſci ſine illo. Vnumquodque enim ex eiſdẽ noteſcit, quibus eſt. Conſtat veró *totum*, quippe *partibus* eſt, ex eiſdem omnino cognoſcendum eſſe.

HY-

HYPOTHETA.

Ponã præ cũctis fundamẽta veri.

PRODECISIONE *dubij* duo veniunt diſcutienda. ¶ *Primum*, poſsitne eadem res diuerſis formis cõcinnari. ¶ *Secundum*, ex propria forma termini quot prædicata deſumantur.

POSSITNE EADEM RES *diuerſis formis concinnari.*

Princi-piũ cele-bre A-riſtot.

PRIMVM SIC. Ariſtoteles, ſummus Philoſophorum Princeps, vnum *principium* in Phyſiologia ſtatuit, quod ſubuertere Philoſophaſtri ſolùm moliti ſunt. Eſt illud; *vniuerſa corpora naturalia vnica ſimpliciſsima forma conſummari*, ¶ Facilè iſthinc *interna* ab *externis* ſeparãmus. ¶ Facilè etiam *vnum per ſe* ab *vno per accidens* diſcernimus. ¶ Faciliùs iam (quod ac-

tuo-

tuoſius erat) *diuiſionē per ſe* à *diuiſione per accidens* ſeiungimus. ¶ Clariſſimè omnium *ſimplicitatem definitionis* demonſtramus inde. ¶ Clariùs poſtremò (quod obſcuriùs fieret) *vnitatem prædicatorum* patefacimus.

Eſt *vnum per ſe*, quicquid vnicâ formâ ſtabilitur. ¶ Sunt *eſſentialia* ei, quæcumque non aliâ; ſed *ipſâ* ſunt. ¶ Sunt *vnum ſibi*, quotquot ab ea ſolùm deſumuntur. ¶ *Diuiditur per ſe*, quicquid in ea diſtribuitur, quæ *forma diuiſi* talia ſunt. ¶ *Diuiditur per accidens*, quicquid in ea diſſecatur, quæ talia ſunt *alijs*. ¶ Hæc, & alia Philoſophaſtri turbant, qui *pluralitatē formarum* introducunt. Sed iſti, & illi, qui *modos* confingunt in *ſubſtantijs*, non ſunt confutandi; ſed ridendi.

Aliter res habet in eſſentijs logicis. Solent enim ex pluribus formis coaleſcere. Exemplum habemus in *parte proxima propoſitionis ſyllogiſticæ*. Hæc enim, cùm voce ſolùm, tamquàm materiâ, conſtet, pluribus formis concinnatur. Fit ſanè

nè

nè *pars*, cùm ligatur *verbo*. *Prima*, si supponitur: *vltima*, si apponitur. Interdum tamen *hæc forma partis*, aliam formam logicam supponit. *Significationem*, inquam, quam ex instituto humano nacta est. Sunt enim *enuntiationes*, quarum *verbis*, ne voces quidem *supponi* valerent, vel *apponi*, nisi quippiam ex instituto designassent. Quî enim in hac enuntiatione *homo est animal* supponeretur *homo*, apponeretur *animal*, nisi humanitatem *illa*, animalitatem *ista* designaret?

Ecce, vox *homo*, vt pars enuntiationis actú sit, *duas formas logicas* suscepturа est. Significationem, scilicet, & *nexum*. ¶ Sed progreditur vltrà. Quamuis enim, vt pars sit enuntiationis, *istæ duæ formæ* satis sint: non tamen sunt satis, vt pars *propositionis* actu sit. Non enim erit *propositionis pars*, nisi *enuntiatio* fiat propositio. *Enuntiatio* autem hoc ipso actù propositio fit, quòd in syllogismo collocatur. Eodem *partes* eius

eius *partes propositionis efficiuntur.* Scilicet, *collocatione ipsa*, vel *dispositione syllogistica*. Quo namque *totum* pars est totius; eodem & *huius* pars *illius*.

Ecce, vox *homo* tribus est formis *propositionis pars*. Indiget tamen aliâ, qua sit *terminus*. Quænam hæc? *Actus* profectô *resolutionem terminandi*. Terminabitnè analysim, ni stet analysis? Minimè profectò. Quî namque *terminaretur*, quod non est? Vox ergo *homo* hôc ipsô *terminus* futura est, quòd *syllogismum* in eam resoluamus. ¶ Ecce vox *homo* quatuor fit. *Signum*, scilicet: *pars enuntiationis*: *pars propositionis*: & *terminus resolutionis*. Ea profectò, quæ *totidem formis* citra dubium est. *Impositione* primum: *verbo* alterum: *compositione* tertium: *resolutione* vltimum. Quodlibet istorum prædicatur paronymè de cæteris. Namque istæ voces, *signum*, *pars enuntiationis*, *pars propositionis*, & *terminus resolutionis*, paronymè sumptæ, so-

Quatuor formæ logicæ.

lùm supponuntur pro *subiecto*. Constat autem, *harum quatuor rerum logicarum* vnam esse vocem, & materiam. ¶ Nullum istorum prædicatur synonymè de alijs. Quòd *signum* ita *sumptum* non est vox; sed ex voce: nec *pars enuntiationis* est signum; sed ex signo: nec *pars propositionis* est pars enuntiationis; sed ex ea: nec *terminus resolutionis* est pars propositionis; sed ex parte. Nihil enim est illud, ex quo est. Esset enim *totum* suà pars, & econuerso. Id profectò, quod in *physicis*, & *quasi physicis*, nulla ratione tolerandum est. ¶ Ecce, *terminus* vnicâ solâ formâ constituitur; pluribus estò statuatur. Ex quo fit, vt de *termino* ea sola prædicata verè & essentialiter affirmari queant, quæ ab vltima forma desumuntur. Cur, quæso, ita? Quia cæteræ formæ, præter vltimam, non constituunt *terminum*; sed partem. *Attributa* ergo, quæ ab ipsis desumuntur, non vtique de *termino* verificanda sunt; sed de *parte termini constituta eis*. Namque *prædica-*

dicata essentialia; quæ à constituentibus formis desumuntur, rebus solùm *constitutis* accommodanda sunt. Cur, quæso, sic? Quia cum illis solùm habent veritatem; distinctionem cum cæteris. *Distinctum autem nusquam verificatur de distincto.*

Hinc planè nascitur, vt diuersis formis *constituta*, vnum esto subiecto sint, nusquam verificentur inter se. Idcircò, vt hæc enuntiatio *album est dulce* vera sit, *album*, & *dulce* non sunt synonymè, aut pro *constitutis ipsis* accipienda; sed pro *substituto*, vel paronimè. Pro *subiecto*, scilicet, quod albedini, & dulcedini *substratum* re ipsâ, vel *substitutum* est. Quo sanè pacto si *res nostræ logicæ* sumantur, non dubium, quin verificari possint inter se. Veræ namque habentur *enuntiationes istæ*. *Terminus est proxima pars propositionis*. *Proxima pars propositionis est proxima pars enuntiationis*. *Proxima pars enuntiationis est signum doctrinale ex instituto hominum significans*. *Signum est vox*, &c.

Notanda est pulchra differentia inter constituta, & substituta.

Voces paronymæ ineptæ sunt ad definiendum metaphysicè; secus autem, ad definiendũ physicè.

Aduerterim tamen (vtinam aduertas) *loquutiones istas*, etsi ad describendum aptæ sint, *ineptissimas esse ad definiendum*. Non enim *ea prædicata essentialia constituti* exprimunt, quæ à *forma constituente* desumuntur. ¶ Cùm dico, *voces paronymas ineptissimas esse ad definiendum*, solùm loquor de *definiendo metaphysicè*. Namque, *ad definiendum merè physicè*, potentiam, & actum, materiamuè, & formam explicando, *aptissimæ sunt*, vt suprà dixi.

Habes *doctrinam Aristotelis*, quam, quòd ignorent eam, hodie adhùc blasphemant *capitones*. Producam in medium *testimonia*, in quibus clariùs eam Philosophus professus fuit, quàm vt vel *insulsi* valeant inficiari.

Doctrinæ Aristotelis, quam nunquã alumni penetrarunt.

Ergo *Princeps*, capite 5. Categoriarum, sub initium capitis, sic ait. *Eorum, quæ de subiecto dicuntur, necesse est, nomen, & rationem de subiecto prædicari. Vt homo de subiecto quodam homine dicitur: Prædicatur etiam, & nomen. Hominem enim de*

quo-

quodam homine prædicabis. Et ratio quoque hominis de quodam homine prædicabitur. Quidam enim homo, & homo est, & animal rationale mortale. Quare & nomen, & ratio de subiecto prædicabitur.

Perinde sunt hæc, acsi dixisset. Substantiæ vniuersales, & communes, vt *homo*, & *equus*, tam *nomine*, quàm *ratione*, verificantur de *subiectis*. Subdidit statim de *accidentibus*.

Eorum verò, quæ in subiecto sunt, in plurimis quidem nec nomen, nec ratio prædicabitur de subiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet prædicari interdum de subiecto; rationem verò impossibile est prædicari. Vt album, cùm in subiecto sit corpore, prædicatur de subiecto. Dicitur enim corpus album. Ratio vero albi numquam de corpore prædicatur.

Vt studiosum, quod à virtute dicitur.

En, vt conspicuè docet Aristoteles, *constituta prædicamentorum accidentis* nusquàm verificari de *subs-*

tantia. Idem planè diceret, de *quibusuis alijs* per diuersas formas, & actus *constitutis*. *Distinctum aliter verificaretur de distincto*.

Cur igitur, *corpus esse album*, sæpissimè omnium enuntiamus? Proinde certè, quòd *album* non vtique pro *illo tertio* passim accipiatur, quod ex *corpore*, & *albedine*, tamquam ex duobus insitis, resultat; sed pro *illo subiecto*, quod substituitur *albedini*. Vult autem Aristoteles, *album sic acceptum* (id est, pro substituto, vel paronymè) nec significare *essentiam albi*, nec *aliquid essentiæ*, quod de *essentia* sit verificabile. Proinde statuit, *dici corpus album*, *quin de subiecto corpore*, *ipsam rationem albi prædicemus*. Accipit *rationem albi* pro *essentia albi*. *Essentia* autem *albi* nec est *corpus*, nec *albedo*; sed *tertium*, quod ex his. Et quidem, Aristotelem nomine *rationis* essentiam planè intellexisse, sic aliunde monstro intelligenti. Namque 1. libro Physicorum, capite 3. textu 27. idem

idem prorsus *acroãma* repetens, sic instituit. *Nam, si id, quod propriè est, idem etiam sit album; albi autem essentia non est, vt propriè sit. Siquidem id, quod est, accidere ei non potest: cùm nihil sit, quod propriè non est.* Perinde sunt hæc, ac si dixisset. Si contigerit, vt *substantia* sit alba, non proinde tamen, *esse eam essentiam albi*, putandum est. Namque *essentia albi* illud sanè *tertium* est, quod ex *substantia* tamquàm ex *materia*; & ex *albedine* tamquàm ex *forma*, coalescit. Constat autem *substantiam* ne illud quidem esse, *quod ex ipsa est*. Namque *res* illud solùm simpliciter esse dicenda est, quod propriè sit. Constat autem, *quamcumque rem* illud dumtaxat propriè esse, *cui vnum est*. *Substantia* igitur, cùm *alba* dicitur, non proinde quidem nominatur *alba*, quòd *alba* re ipsâ propriè sit; sed, quòd *albedini albi* substituta est. Cùm ergo, *substantiam albam esse*, dicimus, de ea vtique, ne *rationem albi*; sed nomen ipsius, prædicamus,

Acroãma Aristotelis, nõ minùs præclarũ, quã obscurum.

Expositio acromatis.

Ecce, *nomina* inepta profectò, sunt ad definiendum, nisi pro *constitutis* accipiantur. Horùm autem ea dumtaxàt verificantur inter se, quæ vnicâ, & eâdem formâ consummantur. Quocirca, sicut *album* non vtique est corpus; sed ex *corpore*: ita *terminus* non est pars propositionis; sed ex *parte*.

Ecce pulcram doctrinam Aristotelis, ei tamen solummodò noscendam, qui *constitutum Principis* ne déhinc cum *substituto plebeio* commiscuerit. Scit Complutum, quanti mihi *acroama* constitit. Execrabantur *Docti*, obstrepebant *Scioli*, subsannabat *turba*, sustinui *solus*, omnes *vnus* pertuli. Hoccinè, ni verax esse, quàm haberi mallem?

QVÆ.

QVAENAM PRAEdicata ex forma termini ducantur.

SECVNDVM SIC. Habemus hactenùs, *prædicata illa*, quæ in *termino* ex præuijs formis ad propriam desumuntur, ne de illo quidem verificari posse. Id profectò, ex quo satis, superque inscitiam illorum profligaturus eris, qui in singulis compositis *totidem formas substantiales*, quot prædicata, statuebant. Sic delirârunt, qui sequuntur. Auicebron, in libro *fontis vitæ*; Ioannes Gandabensis 1. libro de *Anima*, quæstione 8. & 2. Metaphysicorum, quæstione 10. & Paulus Vènetus, libro 7.

Discutiendum superest, *quænam prædicata ex vltima forma desumantur.*

Et dicendum est, in *termino*, ex actu resolutionem terminandi, quæ vlti-

vltima forma ipsius est, *duo* minimùm *prædicata* citra dubium sumi. Scilicet, & *rationem termini in communi*, & *rationem ipsius in specie*. Conspirat cum alijs, in *terminando aliquid*: discrepat ab eis, in *terminando analysim*. Etiam in terminando analysim, in quo differt à multis, conspirat *terminus* cum alijs. Quòd, præter *syllogismum*, multa supersint *solubilia*. Vnde necessum est, vt, præter *terminum resolutionis syllogisticæ*, *aliarum sint termini analyseon*. *Terminus* ergo *resolutionis syllogisticæ* (hunc solummodò venamur) non modò conuenit cum alijs, in *præcisa ratione terminandi*; sed in *resolutionem terminando*.

Tot sūt resolubilia, quot composita.

Habemus iam *essentialem conuenientiam termini* cum alijs. Superest modò, vt *vltimam differentiam* indagemus. ¶ Hæc autem in eo tota est, vt solam terminet *resolutionem syllogismi*. Ecce, verba hæc *terminus resolutionis syllogisticæ* optimam continent definitionem *termini*. Explicant enim *conuenientiam essentialem*

m nostri termini; & *differentiam ltimam.*

DICET ALIQVIS. *Definitum*, ex Phi osopho, nusquam ingreditur *definitionem suam*. Quòd, idem se ipsum definiret. Constat autem, in prædictis verbis & *terminum ipsum* contineri. Quî ergo *prædicta verba* terminũ nostrum definîerint? Respondeo tamen, *alium* esse *terminum*, qui definitur, *alium* verô *eum*, qui in verbis est. Namque est in verbis *terminus in genere*; definitur autem in *specie*. Mirùmne *speciem* per genus definiri? Minime profectò.

Sed Philosophus, in termino suo definiendo, cur stylum mutauit definiendi. Solet namque definire, *genus*, & *differentiam* prædicando. Quorum *terminum* aliter finîerit? Definit enim. *Terminum voco, in quem resoluitur propositio*. ¶ Et respondeo, proinde hoc esse, quòd *innominatam notionem* patefaceret. Nõ enim (videbas nuper) aut *terminum in genere*, aut *analyseos terminũ* finîebat; sed *aliũ istis*. Ecquis ille? Termin[illegible] profectò resolutionis syllo-

syllogisticæ. ¶ Ecce, quia *terminus finitus* innominatus est, ne alio quidem; sed definitione *ipsum* nominamus. Definit Princeps *terminum* per terminum. Scilicet, *terminum resolutionis syllogisticæ*, per terminum resolutionis in communi. Genus est *hic*, species *ille*. Exinde profectò demonstrabis hoc, quòd *terminus finitus* vtrumque ab *vna forma* citra dubium sit. *Terminus*, & *talis*. Demonstrabis indidem, si vnum verbum addas, non vtcumque *terminum*; sed essentialiter planè, definiri. Quid addendum obsecro? *Essentialem esse formam, vnde vtrumque sumitur.*

CRISIS.

Ieci iam prima, sustinendum pono.

OPTIMA est definitio termini. Doctrina est communis: & probatur.

Primò. Illa censetur *perfecta definitio*, quæ ita explicat *peculia-*

culiarem rationem definiti, vt à cæteris rebus *ipsum* separet. Proinde certè terminus *ea* ab Aristotele vocatur, sumptâ metaphorâ ex agrorum terminis. Constat autem, *definitionem termini* eam rationem in *terminis nostris* explanare, quæ omnibus solùm adaptetur.

Definitio cur terminus dicta?

Secundo. *Definitio termini*, & *proprium genus* explicat, & *differentiam propriam*. Cur ergo imperfecta censeatur?

PARATHETA.

Isthæc suppositis consectaria hærent.

PRIMVM EST. *Terminum* ab Aristotele, non solùm perfectè; sed essentialiter etiam, definiri. Ratio est. *Illa definitio* censetur essentialis, quæ conuenientiam essentialem, & discrepantiam explicat. Eas, scilicet, quæ à *forma essentiali* desumuntur. Constat autem, *rationem ter-*

termini in communi, & *rationem talis*, ne aliunde in *definito termino* desũmi, quàm ex *ipso actu resolutionem terminandi*. *Definitio* ergo *termini*, & consummata est, & essentialis.

SECVNDVM EST. *Terminum resolutionis syllogisticæ*, nec per *vocem*, nec per *partem*, nec per *signum*, nec per *extremum propositionis*, definiendum fuisse. Patet ex dictis. Nam *ratio termini*, nec est vox, nec signum, nec pars, nec extremum; sed ex *ipsis*. Quî ergo per ipsa definiêtur? Id profectò, quod de *finitione metaphysica*; non autẽ de *physica*, intelligendum est. Nõ enim dubito, quin ita possimus definire. Terminus est, *quod ex voce resultat*, *actúq; resolutionẽ terminandi*. At *definitio hæc* nõ est *metaphysica*; *sed physica*. Non enim cõstat *conuenientia essentiali*, *& discrepantia*; sed mat. & for.

TERTIVM EST. *Diuisionem termini* in *subiectum*, & *prædicatum*, non esse *perse*; sed *accidentis in subiecta*. Patet ex dictis. Nam *ratio termini* (tertium, in quam, illud, quod ex *par-*

arte proxima propoſicionis tamquam
x *materia*, & ex *actu reſolutionem*
erminandi tamquam ex *forma*, coa-
eſcit) nec de *ſubiecto*, nec de *prædi-*
ato verificari poteſt. Quî ergo in ea
liuidetur? *Terminus* ergo, vt in *ſu-*
iectum, & *prædicatum* diuidatur, nõ
ynonymè, & pro *conſtituto*; ſed *pa-*
onymè, & pro *ſubſtituto*, vſurpãdus
rit. Conſtat autem, *eum ſic acceptum*
am formam in ipſis explicare, quæ
enitus accidat, non inſit. ¶ Idem
mnino de *illis diuiſionibus* dicendum
rit, quæ in *primo Fabricæ*, *parte* 2.
ongeſtæ iam à nobis, & explanatæ
int. ¶ Ne aliud quidem de *illis diui-*
onibus ſentiendum putes, quas in *ter-*
o Fabricæ tetigimus. Namque diui-
mus *terminum* in *maius extremum*,
inus extremum, atque *medium*. Tum
iſuper *diuiſione plurali*, in *antece-*
ntes, *conſequentes*, & *pugnantes*.

Terminus medius argumentum eſt ab Ariſt. vocatus.

Quando ergo *terminus* diuidi per
cenſendus erit? Tunc certè ſolùm,
im ne in *alia* quidem; ſed in *ter-*
inos ſolùm, diuidatur.

Dubiũ *Solutio*

LYSIS.

LYSIS.

Soluo sophismata, unde dubium solui.

PRIMVM SIC. *Definitio termini, synonymè vsurpata,* non explicat *naturam partis;* sed rationem *termini,* quæ ex *parte* tamquam ex *materia,* & ex *actu terminandi* tamquam ex *propria forma,* coalescit. ¶ *Paronymè sumpta* de tribus partibus *duarum propositionum syllogismi* verissimè omnium prædicatur. Proinde tamen ne & illis conuenire *dicenda* erit. Non enim illis conuenit, *quà partes sunt;* sed, *quà termini formæ substernuntur.* Hac autem ratione, *nullà definitio paronymi* inuenîetur, quæ verificari nequeat de *subiecto.* ¶ *Sumpta in potentia* (superius dixi) non definit *terminum;* sed *partem.* Quòd in *tribus partibus duarum propositionum syllogismi; actus* componendi, & *potentia* ad terminandum, vnum omnino esse *putanda* sint.

SE-

SECVNDVM SIC. Defini-
termini, synonymè vsurpata, so-
n conuenit *termino*, *quà termino*.
Paronymè sumpta omnibus illis re
s absque dubio conuenit, quibus
us contingit *terminandi*. ¶ *Sump-*
in potentia solam definit *mate-*
m termini.

ERTIVM SIC. Dixit Philo
hus, per *priora*, & *notiora* defi-
ndum esse. *Dogma* tamen, nō est de
rinsecis additamentis exponendū;
de *rationibus intrinsecis*, quas *ad-*
imentis externis declarâmus.
ied quid de *additamentis externis*
cepisset? *Notiora* etiam futura
. Non vtique naturâ, vel simpli-
:r; sed *cognitione confusa*, & *quoad*
. Hoc innuit, cùm dixit. *Etenim*
im sensu notius est. Vt namque
es per *totum suum*, tamquàm per
us definiamus, satis est, *si notius*
totum quoad nos. Id profectò,
d de *cognitione naturali*, quæ
rinalem præit; non autem de *ar-*
iosa, intelligendum est.

1. Physicorum cap. 1.

T Con-

Contingit postmo'ùm, vt, *definitis, dignotìsque partibus*, distinctiùs *totum* exin cognoscamus. Cur putas? Quia *totum* non sanè cognoscitur, vtcùmque; sed *vti totum est*. Cùm nãque sit ex partibus, ex eisdem omnino noscendum est. *Quòd vnumquodque* (dixit Aristoteles) *vt se habet in esse, sic etiam se habet in cognosci.*

Aristoteles 2. Met. c. 1.

DICET ALIQVIS. Etiam *pars* cognoscitur ex *toto*. Pars ergo ignotior, quàm *totum*, citra dubium est. Quî ergo *totum* ex insitis partibus notescit? *Nihil* enim notescit nobis per *ignotius*.

Respondeo tamen, *partem* non esse ex *toto*; sed ad *totum*. Vnde, nec ex *ipso*; sed per *ipsum*, noscitur. Vt autem *vnum* distinctè per *aliud* cognòscatur, non requiritur *distincta cognitio illius*, per quod noscitur; sed satis est *confusa*. Requiritur tamen, vt *illud*, per quod noscimus, *notius* sit nobis, quàm, quod noscimus. Nõ vtique cognitione *doctrinali*, quæ distincta est; sed *naturali*, & inerti, quæ confussa. Sic

par-

partes per totum defini nus, *ignotius* per notius explicantes. At, isto facto, *partes*, quæ antequàm per *totum* finirentur, *ignotiores* erāt, sic *toto notiores* euaserunt, vt *ipsum* ex *ipsis* cognoscamus. Sic fit, vt *totum* ex eisdem noscatur, quibus est. *Partes* autem, vtpote non sunt ex *toto*, sed ad *totum*, non noscuntur ex *ipso*; sed per *ipsum*.

Ecce, quod in *definito* explicamus *definientes*, multùm ab eo distinguendum est, per quod *definitum ignotius* patefacimus. Namque, quod exprimimus, *intrinsecum* illi, *prius ratione*, *notiùsque* natura, futurum est. Id autem, per quod *intrinsecum istud* explicatur, ne *internum* quidem, *ratione prius*, *notiusuè natura* futurum erit; sed *notius* nobis, vel *facilius cognitu*. Talia profectò sunt *additamenta*, per quæ pleraque passim definimus.

Legito Aristotelem 1. lib. Physicorum, c. 1. text. 3. Didiceris inde, quod nescierit *vnus*, vel dedidicit. Quid illud? Rectè *terminum* per *indefinitam propositionem* definiri posse. Nec rectè

aliter *fabricam syllogismi* digessissem. Ignorat planè, quod nouerunt cæteri. Ecquid hoc? In *ordine*, scilicet, *compositionis* inchoandum esse à *simplicioribus*. Quî namque secùs (quod docuêrunt Classici) *ordo compositionis*, cum *ordine resolutionis* perpetuò luctari diceretur?

CAPVT SECVNDVM.

DE ORATIONE.

SECTIO CAPITIS.

INTENTIO fuit, naturam, essentiámque *orationis* explicare. Tria præstiti. ¶ *Primùm*, adduxi definitionem *orationis*, nónihilque eam explanaui. ¶ *Secundùm*, diuisi *orationem*, in perfectam, & imperfectam, diuisionémque explicui. ¶ *Tertiò*, secui *perfectam*, in

in quinque partes, sectionemque claraui.

PERIOCHA TEXTVS.

1 O*RATIO est vox significans ad placitum, cuius partium aliquid separatum significat.* Est *vox instituto significans*, vt *nomen*, atque *verbum*. Hac tamen differentiâ, vt in oratione *aliqua vocula* inuenienda fuerit, quæ, quod intrà, idem omnino designet extrà; non item in *nomine, verboque*.

2 *Oratio ista* duplex est: perfecta, & imperfecta. *Integrum* illa; *mutilum* ista, *sensum* reddit.

3 *Orationis perfectæ* quinque sunt partes, vel species: *indicatiua, imperatiua, deprecatiua, vocatiua,* & *interrogatiua.*

ILLVS-

ILLVSTRATIO
TEXTVS
ACROAMATICA,
RELICTA MAGISTRIS
EXOTERICA.

PRO illustratione textus duo veniunt discutienda. ❡ *Primum*, vsus Orationis quotnam sint. ❡ *Secundum*, cur in definitione Orationis illud dumtaxàt exigat Philosophus, vt sci-

scilicet, aliquid partium separatum significet; non verò, vt omnes partes.

PRIMVM SIC. *Oratio* quidem ab *orando* dicitur, vt à legendo *lectio*. Hinc factum est, vt, quot significatus *verbum* habet, totidem habeat & *verbale*.

Vsus orationis quotnam sint.

Primùm *oro* idem significat, quod *peto*, *precor*, *supplico*, *rogo*, vel *obtestor*. Hinc factum est, vt nomen *oratio* pro *petitione*, *prece*, *rogatione*, *litania*, aut *supplicatione* caperetur. Ecce, *oratio* ex sua primæua impositione ad *intellectum* pertinet. Nam primò, & per se, ne alio quidem, quàm *intellectu*, petimus. Propterea certè *oratio* à Theologis *eleuatio mentis ad Deum* definita fuerit.

Sed quoniam, quod *mente* petimus, idem prorsus & *ore* propalámus, factum inde fuit, vt vox *oratio*, ex opere intellectus, in *externum* migrarit *sermonem oris*. Inde venit,

vt pro *petitione*, *prece vocali*, aut *obſecratione* caperetur.

Extenſa poſteà eſt, vt *Rhètorum eloquutiones* deſignaret: quæ *arte diſpoſitæ* omni ex parte perfectæ ſunt, habèntque numeros, tropos, figuras, & affectus; Sunt huiuſmodi, *quas* ſcripſit Cicero, & *panegyrici*, quos in conuentu populi, in ſacris celebritatibus, in exequijs pròcerum, & in noſtro Theatro Complutenſi, paſſim audimus, & aliquando habemus.

Pòſt Grammatici aliquantulùm vocem protraxerunt. Vocârunt enim nomine *orationis* quàmcumque vocalem loquutionem, quæ, *verbo actiuo*, vel *paſsiuo* conſtans, *ſenſum* efficeret *perfectum*. Hinc ipſi *quatuor orationes* dumtaxàt memorârunt: duas *actiuæ vocis*; totidèmque *paſsiuæ*. Quòd *orationem verbi imperſonalis* iam pridem Latini contra Grammatiſtas noſtros relegârunt.

Brocen ſis in Mi nerua.

Acceſsit Logica, nonnihilo ampliùs *voculam* diſtendens. Namque, præter *quatuor* Grammaticorum *loqu-*

Tres Gram mati-

quutiones, in quibus *vna ex concordantijs* eorum continetur, & *cæteras* vocat orationes. Scilicet, *concordiam substantiui*, & *adiectiui*; *relatiuique*, & *antecedentis*. Vt exinde constet, Aristotelem *definitione orationis*, quam in vestibulo capitis adduxit, ne alind quidem, quàm *concordantiam grammaticam*, finisse. Vtrum autem, in Categorijs, capite 6. *simplices* etiam *voces* orationes vocarit, discutiendum inibi.

corum concordantiæ, substantiui, & adiecti ui: nominati ui, & verbi: relatiui, & antecedentis.

SECVNDVM SIC. Aristoteles 1. libro Peri-hermenias, capite 4. sic *orationem* definiuit. Oratio est *vox significans ad placitum, cuius partium aliquid separatum significat.* Dubium est, cur ita non finierit. Oratio est *vox significans ad placitum, cuius omnes partes separatæ significant.*

Cur in definitione orationis illud dûtaxat exigat Philosophus, vt, scilicet, aliquid partiũ separatũ significet; nõ

Ecce, ex Aristotele, ad *rationem orationis* nullatenùs requiritur, *vt omnes partes eius separatim significent*; sed satis est, *aliquam partem in oratione reperiri, quæ idem, quod intrà, designet extrà.* ¶ Non inficiatur

Vers ut omnes partes.

tur Aristoteles, dari posse *complures orationes*, in quibus *omnes, pluresuè partes*, separatim significent; sed solùm innuit, nequaquàm hoc ad *rationem orationis* necessarium esse. Cur autem ita senserit, sub iudice est apud Ecphrastas.

Tu autem, relictis omnino nænijs Paraphrastôn, accipito nudam veritatem. Certè Aristoteles (solertiam lauda) *orationem logicam* definiens, obinde solùm *vnam solam partem designaturam* dixit, quòd videret, *multas orationes logicas* fabricari posse, quæ *vnicam solam voculam significantem* exigant. Sunt illæ, in quibus, *voces* de *vocibus*, aut nudè affirmamus, aut negâmus. Quî, Paraphrastas obsecro, harum vocum *A. B.* verè vsquàm *diuersitatem* vllus enuntiaret? Non meliùs aliter, quàm ita. *A.* non est *B.* Quî *vnitatem* earum, quæ nulla est, falsò vsquàm vllus enuntiasset? Non meliùs aliter, quàm ita. *A.* est *B.* *Falsitas* profectò, quæ ne quidem

eos

eos *pusiones* latet, qui *prima litterarum rudimenta discunt.* Idem iudicium de *cæteris alijs vocibus*, habendum erit. Iæque, significent *quippiam*, vel non item; dummodò non supponantur pro *signato*. Hùc solùm respexit Aristoteles (crede mihi) cùm in *definitione orationis*, ne plures partes significatum ire; sed vnicam dumtaxat, accuratè dixit.

SED OBIICIES. S. Thomas, 1. libro Peri-hermenîas, capite 4. lectione 6. obinde sic Principem nostrum definisse, asserit, quòd *negationes*, & *alia syncategoremata* illæ sint partes *orationis*, quæ non significant *aliquid* per se. Illud, intellige, quod significare queant separatæ. Verba sunt hæc. *Propter negationes*, & *alia syncategoremata*, *quæ secundùm se non significant aliquid absolutum; sed solùm habitudinem vnius ad alterum.* Falsò ergo dixerim, obinde sic Philosophum finisse, quòd *orationes* sint, quæ *vnicam* dumtaxat *dictionem* postulent.

Verba S. Tho.

Resʒ

Respondeo tamen, Angelicum Doctorem, rectè modò exponatur, ne illud quidem expendere in Philosopho, quod nos expèndimus. ¶ Ponderat *Sanctus*, non dixisse Aristotelem, *cuius aliqua pars aliquid significat*; sed *cuius pars significat*. Quòd *significare aliquid*, sententiâ illius, ne in alijs quidem propriè reperiatur, quàm in *nominibus*, & *verbis*: cùm tamen *significare ad placitum* alijs etiam vocibus concedendum sit. Sunt huiusmodi: *coniunctiones*, *interiectiones*, & *aduerbia*. Hæ voces sunt, quas S. Thomas obinde sanè *syncategoremata* vocabat, quôd nihil significent per se, quod posit de alio prædicari. *Eas voces categoremata* vocasset, *quæ significant aliquid*. Illud, scilicet, quôd posit seorsim prædicari: vt *homo*, & *currit*.

Expensio S. Thom.

Voces significantes diuidũtur à S. Thoma in categoremata, & syncategoremata.

Modò intelliges subobscura verba S. Thomæ. Sunt ea hæc. *Signanter autem non dicit, cuius pars est significatiua aliquid separata; sed, cuius aliquid partium est significatiuum, propter*

Verba S. Th.

ter negationes, & *alia syncategoremata: quæ secundùm se non significant aliquid absolutum; sed solùm habitudinem vnius ad alterum*. Obscurauit sententiam S. Doctor, quando voluit, idque contra vniuersum vsum Latinorum, vt illa vox *significatiua*, qua vsus est, *illum casum accusandi* regeret (Grammaticorum phrasis est) quem *participium verbi* recturum erat. Sic esset Latinè, clariùsque loquutus. *Prudens non dicit* (scilicet Philosophus) *cuius pars significat aliquid separata; sed, cuius partium aliquid separatum significat*.

Vtrùm autem Coriphæus noster, *omnes partes orationis logicæ significaturas fore*, existimarit, ex *præsenti loco*, nec colligi potest, nec decerni. Quid ergo? *Vniuersas partes orationis*, quas Grammatici nostri internouerunt, significare ad placitum. ¶ Sentîmus nos, *plures esse partes* orationis logicæ, quàm signarint Grammatici. Quòd *partibus eorum*, quæ planè significant, *voces* etiam *nihil*

bil ex instituto designantes adijciendæ sint.

Non dico, *orationem nostram* non esse Grammaticorum orationem; sed *plures eos partes inuenturos fuisse.* Idque, ni velint, *voces expertes significatus* ad nomina sua reuocare. Eas profectò, quas nullus Logicus, nisi imprudens, *nomina* volet apellare. Quod Logicus, *eam solam vocem nomen esse*, censuerit, cui *definitio nominis* conueniat. Est ea hæc. *Vox instituto significans, cuius nulla pars separatim significat.*

Expendit S. Thomas in Philosopho (quod clarè vides) non oportêre, vt *partes orationis logicæ significent aliquid*. Voluit Petrus Hispanus, *aliquid eas significatum ire*. Sic enim, relicto Aristotele, finiuit. *Oratio est vox significatiua ad placitum, cuius partes separatæ aliquid significant.*

En, *Petrus Hispanus* contrarius est *Angelico*. Cur, Thomaphilos rogo, *Petrones*, quàm *Thomistæ*, malue-

fuerunt esse? Retulissent optimè, dicentes. Quòd eorum sumus, quibus, quàm *fructus*, dulciores *quisquilia* videantur. Inconcussum *responsum*, ne obinde quidem redarguendum ampliùs, quòd super *gustibus* (vulgo dicunt) *nulla* profectò *disputatio* est. Patescit tamen (hoc mihi satis) *qualis nostràtum Petronum gustatus sit.*

DIS-

DISPVTATIO VNICA SVPER MATERIA CAPITIS.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrùm Aristoteles rectè Orationem definierit.

ANTITHETA.

Ligant Sophistæ sustinendū thesis.

PRIMO. *Oratio* tàm materialiter, quàm formaliter est multiplex. Imbibit enim multas voces, quin plures earum significatus respuat. Perperam ergo, quasi vna vox esset, *vox à Philosopho definita fuit.*

SE-

SECVNDO. Istæ voces *nemo*, *nihil*, *semper*, *vbique*, *nusquàm*, vtpotè idem sunt, quod *nullus homo*, *nulla res*, *in omni tempore*, *in omni loco*, *in nullo loco*, vel *in nullo tempore*, apertè sunt oratio. Liquet autem, nullis constare partibus, quæ significare queant separatæ. *Oratio* ergo malè à Philosopho definita fuerit.

TERTIO. *Ratio orationis*, ex Aristotele, *illud* sanè *tertium* futura est, quod ex *voce* tamquam ex materia, & ex *significatione* tamquam ex forma; ipso naturalium more conflata est. Constat autem, *rationem hanc* non esse *vocem*; sed ex *voce*. *Oratio* ergo, quæ *sua ratio* necessariò est, vtpotè ex voce sit, non erit vox.

QVARTO. Aristoteles 1. libro Peri-hermenîas, capite 4. sic orationem definiuit. *Oratio autem est vox significatiua, cuius partium aliquid significatiuum est separatum; vt dictio; non, vt affirmatio, vel negatio.*

tio. Ecce, apertissimè dicit Aristoteles, in *oratione* nullam omnino partem inueniendam esse, quæ sit affirmatio, vel negatio. Ex quo fieret, *syllogismum*, qui potissima species *orationis* est, non esse *orationem definitam*. Constat enim partibus, quæ affirmant, vel negant separatim.

Aristoteles ergo non rectè *orationem* definierit.

HYPOTHETA.

Ponã pra cũctis fundamẽta veri.

PRO decisſione dubij tria ve niunt diſcutienda. ¶ *Primum*, quid ſit nomen. ¶ *Secundum*, quid ſit verbum. ¶ *Tertium*, quidnam Ariſtoteles finierit: illudne, quod eſt; an verò, quod oratio dicitur.

PRIMVM SIC. Ariſtoteles 1. libro Peri hermenîas, cap. 2. ſic *nomen logicum* finiuit. *Nomen eſt vox ſignificans adplacitum, ſine tempore, cuius nulla pars ſeparata ſignificat.*

Quid ſit verbi.

Conuenit in *ratione vocis*, cum vniuerſis vocibus: ſeparatur tamen ab *innumeris ſonis*, qui non ſunt voces. Namque *ſonorum* ille ſolus *vox* eſt apud Philoſophum, *qui factus eſt ab animali, ictu aëris reſpiratione attracti.*

2. libro de an. cap 8. te. 90.

Sic vocem finiuit Aristoteles 2. librò de Anima, capite 89. textu 90. Finîerat *sonum*, qui genus est ad vocem, capite 8. textu 78. Verba sunt hæc. *Sonus est ictus alicuius ad aliquid in aliquo*. Definitio profectò, quæ *causas soni*; non verò *naturam*, & *essentiam*, explicat. Fit enim *sonus* (dicemus alibi) interuenctu *ictus*. Constat autem, *ictum* duo minimùm corpora depòscere: *quatiens*, & *quassum*. *Hæc*, cum dura sunt, *tertium* postulant, quod resiliat *ictu*. Et in *hoc tertio*, quod *ictu* resilit, *producitur* sonus à *duobus*. Hæc Aristoteles, cùm ait. *Sonus est ictus alicuius ad aliquid in aliquo*. Quasi diceret Princeps. *Qualitas audibilis, duorum ictu corporum in resilienti facta*. ¶ Ecce, *omnis vox* est sonus; non tamen contrà, *omnis sonus* vox animalis existimandus erit. Qualis ergo? Ille planè solus, *qui ictu aëris expirati in gurgulione fit*.

2. libro de Anima c 8. text. 78

Nomen ergo non quiuis sanè *sonus* futurum erit; sed *ille* dumtaxat, *qui*

vox

vox est. ¶ Est etiam *vox instituto significans*. Id profectò, in quo cum multis alijs vocibus conspirat. Scilicet, cum *oratione*, & *vniuersis partibus* illius, quas Grammatici tractant, & distinguunt. Differt à *verbo*, in significando sine tempore. Ab *oratione* differt, quòd nullam partem habeat, quæ, quod intrà, idem omnino designet extrà. Ratio profectò, quæ vel in *nomine composito* reperienda est. Licèt enim *nomen compositæ figuræ*, vt *æquiferus*, *domus*, *sorex*, aliquam partem habeat, quæ quippiam aliud separata significet: nullâ tamen constat, quæ idem, quod intrà, designet extrà. Hôc namque ipsó, quòd *voces significantes* componunt *aliam*, amittunt *significatus*, quos habebant; acquiruntque *alium indiuisum*. Namque *pro*, & *rex*, perinde significant *prorègem*, atque si nihil anteà designassent. Indicio sit, *proregem* neutrum eôrum esse, quæ significabant separatim. Vox ista *respublica* ne forsitan *nomen*; sed *ora-*

tio, est. Sicut non *oratio*; sed *nomen* sit aliud indiuise designatura erit. Nec aliud quidem de *nomenclationis illa* dicendum est, in qua *tria* videntur *nomina* aceruari: *pranomen*, *nomen*, & *cognomen*. Sunt huiusmodi *nomenclatura illæ Romanorum*, in quarum singulis *tres voces distinctas* cumulabant. Sic enim Romæ vocabantur *nobiles*. *Publius Cornelius Scipio*: *Marcus Porcius Cato*: *Gneus Pompeius Magnus*: *Caius Iulius Cæsar*: *Marcus Tullius Cicero*: &c. Idem, & nos, Romanos imitantes, Hispani facimus. Sic enim *nobiles*, & *generosos nostros* internoscimus. *Dominum Iacobum Lupium*: *Dominum Rodericum Velasquium*: *Dominum Martinum Vasquium*: &c. Quin imo, quod Romani interdum *quartam* tribus *vocem* addiderunt, quam agnomen vocabant, ideo & nos *pranomini*, *nomini*, & *cognomini*, *agnomina* sæpissime aggregamus. *De Haro*: *de Lara*: *de Acuña*: &c. Sic enim loquimur Hispanè. Don Diego Lopez de

Haro:

Hiro: Don Rui Velasquez de Lara: Don Martin Vasquez de Acuña: &c. Non vetat Aristoteles, *partes nominis* quippiam significare *separatas*. Namque, vt *vnum nomen* plures res homonymè significare solet, ita *partes nominis* aliud extra nomen significare possunt. Quid ergo prohibet? *Idem, quod intrà, significare extrà*. Id profectò, quod nec in *nomenclatura Romanorũ*, nec in *nomenclatione nostrate*, reperitur. Cur, quæso, hoc? Quòd *voces congestæ* tam copulatè *rem* significent, vt *nulla* designet sine *cæteris*. Sic sunt Apostoli duodecim. Iam copulatè, scilicet, vt *nullus* duodecim *separatus* fit. ¶ Rectè ergo finiuit Aristoteles. Nomen est *vox significans ad placitum, sine tempore, cuius nulla pars separata significat*.

Maximè notandũ.

Noluit Aristoteles, *voces infinitas* appellari nomina. Obinde certè, *quòd ineptissima sunt ad demonstrandum*. Tam enim (ait ipse) significant, quod est, quàm, quod non est. ¶ Idem omnino docuit, de

casibus obliquis. Rationem reddidit, Quia etiamsi ipsis *verbum* apponamus, ne verè quidem, neque falsè loquimur. ¶ Ecce, ex Philosopho, ea vox *nomen* futurum est, quæ, cumprimùm *verbo* supponatur, *enuntiationem* inde compositura sit. Namque *Philo currit* enuntiatio est; secùs autem *Philonis*, vel *Philoni*. ¶ Quid inde sequitur? Non *quamlibet vocem humano instituto designantem, idque sine tempore, cuius nulla pars separata significet, nomen Logicorum censendam esse, nisi & illud habeat, vt finita sit, & recta.*

Ecce, Philosophus perinde finiuit, acsi diceret. Nomen est *vox instituto significans, sine tempore, quæ, supposita verbo, enuntiationem facit definitam*. *Ratio* profectò, quæ, præterquàm in *nomine*, & *comitibus*(*pronomine*, scilicet, & *participio*) in nulla parte *orationis* reperiri potest. Namque *syncategoremata* (coniunctiones, scilicet, interiectiones, & aduerbia) obliquorum more, non ea

sunt,

sunt, *quæ supposita verbis enuntiationes faciant definitas*. ¶ Mirare solertiam Aristotelis, vel in *reculis Logicæ* finiendis.

His prælibatis, facilè iam erit *integram definitionem* fabricari. *Nomen est vox, significans ad placitum finitè, rectè, & sine tempore: cuius nulla pars separatu significat.*

Integra definitio nominis.

Ecce, Grammatici decepti planè sunt, dum putarunt, Aristotelem *duas* tantùm *orationis* statuisse *partes*. Agnouit profectò, quotquèt ipsi: duas estò dumtaxàt definiêris. Neglexit sanè cæteras, quòd duæ forent demonstrando satis.

Antonius Nebrisensis in inst. Gr. l. 3 annot. 1.

QVID SIT VERBVM.

SECVNDVM SIC. Aristoteles I. libro Peri-hermenias capite 3, sic planè *verbum* definiuit, *Verbum autem est, quod consignificat tempus, cuius nulla pars separata significat, & est semper eorum, quæ de altero prædicantur, nota.*

Vult

Vult Philosophus, vt vniuersa illa in *definitione verbi* subaudiamus, quæ in *definitione nominis* explicuit. Quocircà, ex Aristotele, sic erit *verbum* definiendum. *Verbum est vox significans ad placitum, finitè, rectè, & cum tempore, cuius nulla pars separata significat.*

Dicitur *finita*, vt à *verbo infinito* separetur: vt *non currit*, *non legit*. ¶ Dicitur *recta*, vt à *casibus verbi* dignoscatur: vt *currebat*, *legebat*. Namque Aristoteles *solam vocem præsentis temporis indicatiui modi* verbum Philosophorum futuram, duxit. Quòd *istâ solùm* vtantur *Apodictici*; *Rhetores* cæteris, Poëtæ, & Historiographi. ¶ Dicitur *cum tempore*, vt à *nomine* differat. Nam quamuis verbum *currit*, & nomen *cursus* eamdem omnino significent *actionem*: hoc tamen interest, vt *verbum* significet *nunc esse*; non item *nomen*. Multum enim, penes Aristotelem, *hæc tria* discrepant: *significare tempus*: *significare in tempore*: & *consignifi-*

care tempus, vel *cum tempore*. Vſque adeò certè, vt *duo priora* vel in *nominibus* paſsim reperiantur; *poſteriora* verò propriſsima *verborum* abſque dubio ſint. ¶ Tempus profectò *nox* ſignificat, in tempore *cœna*: at verbum *cœnare*, dum tempus actionis conſignificat, ea proprietate *cœnationem cum tempore ſignificare dicitur*, quam in *verbis* duntaxat internoſcimus. In quo faciendo, nè *voces* quidem, ſed *purgatiſsimæ aures*, conſulendæ forent. Vix namque verbis *peculium verborum* dignoſcemus. ¶ Cæterum autem verbum *vox ſignificans ad placitum, cuius nulla pars ſeparata ſignificat*, perinde, atque *nomen*, definiatur, nuperculè dicebam.

Videris iam, ſi attentus fueris, qualiter Philoſophus *definitiones iſtas* non aliunde quidem, quàm ex *Logica fine*, penſitarit. Proinde certè tam ſedulò curauit, ne *definitio nominis*, neque *definitio verbi* eo tum congruerent *ra-*

mali-

malibus. ¶ Sed cur, obsecro, eâdem *orationem* falce non putauit? Vt, qua ratione *genus enuntiationis* esset, definîret ipsam.

QVIDNAM ARISTOTELES finierit: illudnè, quod est; an verò, quod oratio dicitur.

TERTIVM SIC. Aristoteles 1. capite Categoriarum, & sæpè aliàs, eo certè animo *paronyma* discussit, ne forte alumni (quod fecerunt inscij) id, quod est, cum eo confunderent, quod dicitur. Cuius præcepti *stupida ignorantia*, mirum mihi est, quàm *multos* hactenus infatuárit *Scholiastas*.

Resipient tamen, quicumque nouerint; ex sententia Principis, ne *album* quidem *esse*, quicquid *album dicitur*. ¶ Est enim album, *illud solum tertium*, quod ex *corpore*, & *albedine*, tamquàm ex *duobus insitis*, per

per se primò resultat. ¶ Ecce *album*, quod non sanè est corpus; sed ex *corpore*: quod non est albedo; sed *albedine*. *Hoc* vocat Philosophus *synonymon*: vocamus nos ipsum *constitutum*.

Dicitur album *corpus ipsum*, quod substratum *albedini*, solum nomen vsurpat *constituti*. Ne ob aliud quidem dicebat Aristoteles. *Dicitur enim corpus album: ratio vero albi numquàm de corpore prædicatur*. Idem voluit alibi, cùm scripsit. *Nam, si id, quod propriè est, idem etiam sit album; albi autem essentia non est, vt propriè sit. Siquidem id, quod est, accidere ei non potest: cùm nihil sit, quod proprie non est*. Legito, quæ diximus, in *illustratione* primi capitis, disputatione vnica, quæstione 2. fundamento 1.

Cap. 5. categoriarũ.

1. libro Physic. cap. 3.

Quot in *albo*, totidem in *oratione* internoscenda erunt. Scilicèt, *quod* oratio est, & *quod* oratio dicitur. ¶ Est oratio, *quod* significatione constituitur. *Tertium*, scilicet, quod

ex *voce*, & *significatione* coalescit. ¶ Dicitur ratio, *quod* significationi substituitur. Vox, scilicet, cui significatio ex positione accidit. ¶ Sicut ergo, *quod album est*, non utique est corpus; sed ex corpore: sic etiam, *quod oratio est*, non est vox humana; sed ex voce.

Ecce, Aristoteles, *quod oratio dicitur*, non autem *quod oratio est*, definisse videtur. Illud enim definit, *quod est vox*; non autem, *quod est ex voce*.

Sed cur Philosophus, eo interim neglecto, *quod oratio est*, illud potiùs definit, *quod oratio dicitur*? Propterea certè, quod *istud*, quàm *illud*, nedum notius nobis; sed & vulgarius, sit. Tum insuper, quia, illo finito, *quod oratio dicitur*, facilè, *quod est*, finire possumus. Nequîmus enim *paronymon* finire, quin *synonymi partes* explicemus. Namque *subiectum* pro genere, *formam* pro differentia collocamus. Constat autem, *subiectum*, & *formam* non qualescumque partes *constituti* esse; sed *essentiales*, & *intrin-*

trinsecas. ¶ Ecce, Aristoteles proinde *paronymon*, vel *substitutum* definierit, quòd *synonymon*, vel *constitutum* eius propemodùm exin definiatur. Ne *definitione* quidem *Metaphysicà*, quæ ex genere fit, & differentia; sed *definitione* merè *physica*, quæ ex *potentia*, & *actu* coalescit.

Exponamus doctrinam paradigmate. *Album pro substituto sumptum* sic venit definiendum. *Album est corpus disgregatiuum visus*. ¶ En, *definitio*, & subiectum explicat, & formam insuper, quæ visum disgregat: *Corpus*, scilicèt, & *albedinem*. Hinc verò facillimè colligimus, quid *illud* sit, *quod album est*. *Tertium*, scilicèt, quod ex *corpore* tamquàm ex *materia*, exque *albedine* tamquam ex *forma*, coalescit.

Itidē contingit in præsenti. Definit Philosophus, *quod* oratio dicitur. Nō tamē, quia *essentiales partes* ei⁹ explicaret, *quod* oratio est. Dū ergo scimus, *illud*, quod oratio dicitur vocem quidē esse, significantē positione, cuius

ylla

vlla sit pars, quæ idem, quod intrà, designet extrà: *illud* quoque *orationem* esse citra moram noscimus, quod ex *voce* tamquàm ex *materia*, exque *tali significatione*, tamquàm ex *propria forma*, coalescit. ¶ Vt exinde constet, *definitionem physicam*, & *essentialem constituti* integrè sanè contineri, in *definitione substituti*. Id profectò, quod in causa fuerit, vt *res suas* Sapientes, non synonymè; sed paronymè sumptas, definîerint. Hoc tamen nihil tollit, quominùs *constituta* interdum definîerint. Tunc, scilicet, cùm in *definitione*, non *partes* quidem *physicas* eorum; sed *metaphysicas*, ponebant. Sicut ergo, si *album*, non vtique corpus disgregatiuum visus; sed *quale disgregatiuum visus*, definiamus: *constitutum*, non autem *paronymon*, finîemus: ita etiam, si *orationem* definiamus, non vtique vocem significantē positione, sed *signum tale, cuius partium aliquid separatum significat*: *synonymon* finîemus, *quod oratio est*; nō autem *paronymon*, *quod oratio dicitur*.

CRI-

CRISIS.

Ieci iam prima, sustinendum pono.

RECTE Aristoteles orationem logicam finiuit. Doctrina est communis: & probatur. Nequit *paronymon* exactè definiri, quin & *synonymon* definiatur itidem. Constat autem, Aristotelem *eam vocem*, quæ oratio dicitur, exactè, & perfectè definisse. Itidem ergo & *tertium* definierit, cuius *partes internas* explicauit.

PARATHETA.

Isthac suppositis consectaria hærent.

PRIMVM EST. Definitionem *orationis*, quam Aristoteles inuenit, non esse metaphysicam; sed physicam. Patet ex dictis. Namque; inter *definitionem* metaphysicam, & physicam,

hoc solùm interest: vt *illa* ex genere, & differentia coalescat, quæ dicuntur partes metaphysicæ; *ista* verò ex materia, & forma, quæ physicæ sunt, & appellantur. Constat autem, *vocem*, & *significationem*, quæ in *definitione orationis* explicantur, non esse *conuenientiam*, & *discrepantiam definiti*; sed materiam, & formam.

SECVNDVM EST. Definitionem *orationis*, etsi parōnymè vsurpetur, ne obinde *accidentalem* existimandam esse; sed *essentialem*, & *intrinsecam*. Patet ex dictis. Quia *definitio accidentalis* quippiam minimùm expressura erit, quod *essentiæ definiti* superadiectum sit. Constat autem, in *definitione orationis*, ne *accidens* quidem *orationis*; sed *essentiales partes* explicari.

TERTIVM EST. Orationem logicam non modò *physicè*; sed etiam *metaphysicè*, finiri posse. Patet ex dictis. Quia *oratio* (dum pressè loquamur cum Philosopho) non est *vox instituto significans*, & *cætera*; sed *tertium illud*, quod

quod ex *voce* tamquàm ex *materia* & ex *tali significatione* tamquàm ex *propria forma*, coalescit. *Oratio* ergo essentialiter est signum, quod essentialiter dissidet ab alijs. Quid ergo oberit, quominùs *signo* vt genere, & *differentia signi* definiatur? ¶ Ecce, *oratio* rectè sic definîtur metaphysicè. *Signum positione, cuius partium aliquid separatum significat.* ¶ Ecce *definitio* cum metaphysica, tum essentialis *orationis*: quæ proprio genere, propriâque differentiâ absque dubio constat. ¶ Ecce, *ad definiendum metaphysicè* inepta sunt *paronyma*; secùs autem *ad definiendum merè physicè*. Hoc tamen nihil obest, quominùs aptissimæ sint *ad describendum*.

QVARTVM EST. *Orationem* apertè diuidi per se, in orationem perfectam, & in orationem imperfectam. Deducitur ex dictis. Tunc *diuisio* dicitur per se, quando ratio *totius*, ratióque *partis* ab vnica forma, eáque essentiali, desumuntur. Sic *animal* diuiditur per se in *rationale*, & *hinniens*;

quippe homo, & equus, quæ formâ ſunt *animal*, eâdem omnino *talia* ſunt. Conſtat autem, *orationem perfectam*, & *orationem imperfectam*, quæ ſignificatione ſunt *oratio*, eâdem eſſe *tales*. ¶ Ecce, *diuiſio orationis* in orationem perfectam, & in orationem imperfectam, *generis in ſpecies* abſque dubio eſt. Namque *orationes perfectæ*, & *imperfectæ* plùs ſanè differunt, quàm numero.

LYSIS.

Soluo ſophiſmata, vnde dubium ſolui.

PRIMVM SIC. Sicut in *rebus phyſicis* ex pluribus ſubſtantijs reſultat *vnica*: ita in *rebus logicis* ex pluribus vocibus fit *vna vox*, & ex pluribus ſignis *vnum ſignum*. Sicut ergo *homo* vna ſubſtantia eſt, *duabus* conſtans: ita *oratio* vna vox eſt, compacta ex *pluribus*. Idem omnino dicendum eſt, de *enuntiatione*, *conſequen-*

quentia, *definitione*, *diuisione*, *syllogismo*, & *aliis*.

SECVNDVM SIC. Huiusmodi voces, *nemo*, *nihil*, *semper*, *vbique*, *nusquam*, ne actù quidem orationes sunt; sed solùm in *virtute*. Huic autem satis est, si, qua ratione *tales* sunt, eâdem *parte* constent, quæ idem, quod intrà, designet extrà.

TERTIVM SIC: Oratio, vt alia, dupliciter potest vsurpari: *paronymè*, & *synonymè*. Dixi hactenus, *priori modò sumptam* vocem esse; ex voce *altero*.

QVARTVM SIC. Mirum mihi est, *verba Aristotelis* quantum negotium facessiuêrunt *Scholiastis*. Abeant, & facêssant, qui *mysteria* reperiunt in *apertis*. Legito S. Thomam, super 1. libro Peri-hermenîas, lectione 6. sub initium.

Ergo Aristoteles *perfectæ definitioni orationis* logicæ eo solo animo prædicta *verba* procul dubio subdidit, vt tria facilè colligerêmus inde.

Diuisionem orationis : & *differentias partium*. ¶ Rectè sic *orationem* diuidêmus. Oratio in communi duplex est; *simplex*, & *composita*. ¶ Vocaret simplicem, *cuius nulla pars significaret separata, tamquàm affirmatio, vel negatio*. ¶ Compositam vocaret, *cuius aliqua pars significaret separata, affirmando de aliquo, aut negando*.

Fuit mos Aristoteli (tantôpere breuitatem affectabat) vt simul definiret, ac diuideret. Sic enim *enuntiationem* finiuit, ac diuisit. *Oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo. Oratio quippiam esse, vel non esse, significans*. Nequiuit hîc *eam definitionem* fabricari, quæ *diuisionem* contineret. Quid inde factum? Illud adiecit *finitioni*, ex quo *diuisio* facillimè omnium colligenda foret.

SED ROGABIS. Vtrùm *diuisio hæc*, quam innuit Aristoteles, vllum cum illa commune habeat, qua *enuntiatio in communi* in categoricam, & hypotheticam diuisa fuit? ¶ Et respon-

pondeo, *diuisionem istam orationis* nihil fortè commune habere cum *diuisione vulgari enuntiationis*. ¶ Dantur enim *enuntiationes categoricæ*, quæ in *hac diuisione*, ne *simplices* quidem *orationes*; sed *composita* potiùs existimandæ sunt. Sunt illæ huiusmodi, in quibus de *enuntiationibus*, *syllogismis*, & *alijs*, aliquid affirmamus, vel negamus. Sic enim solemus enuntiare. *Homo est animal est affirmatio*. *Enuntiatio* profectò, quæ *simplex* est, & *categorica*, secundùm *vulgarem diuisionem*. At, diuisione attenta, quam in præsenti innuit Aristoteles, ne *simplex* quidem; sed *oratio composita* proculdubio est. Est enim *oratio*, *cuius aliqua pars separata significat*: *non solùm*, *vt dictio*; *sed*, *vt affirmatio*, *vel negatio*. ¶ Dantur etiam *enuntiationes hypotheticæ*, quæ in *hac diuisione*, ne *composita* quidem *orationes*; sed simplices potiùs existimandæ sunt. Sunt illæ huiusmodi, quæ *conditionales* appellantur. Sic enim sole-

 mus

mus enuntiare. *Si sol luceret, dies esset: si curreret, moueretur: si legeret, loqueretur, & catera. Enuntiationes* sanè, quæ compositæ sunt, & hypotheticæ, secundùm *vulgarem diuisionem*. At, *diuisione attenta*, quam in præsenti innuit Aristoteles, ne sanè *composita*; sed *simplices orationes*, existimandæ sunt. Sunt enim *oratio, cuius nulla pars separata significat, vt affirmatio, vel negatio.*

Quid inde habemus? Tam *enuntiationem categoricam*, quam *enuntiationem hypotheticam*, rectè iterum in *simplicem*, & *compositam* dissecari posse. Idque, si *doctrinam Principis* suspicias, quam, nænijs occupati, nusquam nobis Ecphrastæ detexerunt.

C A-

CAPVT TERTIVM.

DE ENVNTIATIONE.

SECTIO CAPITIS.

INTENTIO fuit, naturam enuntiationis explicare. Quinque præstiti. ¶ *Primùm*, diuisi orationem in communi, in enuntiationem, & non enuntiationem: &, descripta oratione enuntiatiua, diuisi eam, in veram, atque falsam. ¶ *Secundò*, diuisi enuntiationem in communi, in categoricam, & hypotheticam, diuisionemque explicui. ¶ *Tertiò*, diuisi categoricam, in vniuersalem, particularem, indefinitam, & singularem. ¶ *Quartò*, diuisi hypotheticam, in copulatiuam, disiunctiuam, conditionalem, causalem, & rationalem. ¶ *Quintò*, diuisi enunciationem in communi, in affirmantem, & negantẽ.

PE-

PERIOCHA TEXTVS.

1 O*RATIO* duplex est: *enuntiatio*, & *non enuntiatio*. Enuntiatio est *oratio*, *in qua verum, vel falsum est*. *Vera dicitur*, quod id, quod enuntiat, ita sit: *falsa* vero, quod non id, quod enuntiat, ita est. ¶ *Oratio non enuntiatio* illa est, in qua ne verum quidem, neque falsum est.

2 *Enuntiatio* duplex est: *categorica*, & *hypothetica*. *Categorica* est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo per se. *Hypothetica* est oratio affirmatiua, vel negatiua, non alicuius de aliquo per se.

3 *Categorica* quadruplex est: *vniuersalis*, *particularis*, *indefinita*, & *singularis*. *Signum subiecti* duplex: *vniuersale*, & *particulare*.

4 *Hypothetica* quintuplex: *copulatiua*, *disiunctiua*, *conditionalis*, *caussalis*, & *rationalis*. Totidem namque con-

coniunctiones sunt, quibus *partes earum* copulantur.

5 *Vniuersa enuntiatio* duplex est: *affirmatiua*, & *negatiua*. Est *illa*, cuius *præcipua copula* nulla omnino negatione affecta est. Est *ista*, cuius *præcipua copula* aliqua negatione affecta est. *Copula præcipua* illa est, qua *proximæ partes* copulantur.

ILLVSTRATIO TEXTVS ACROAMATICA.

RELICTA MAGISTRIS EXOTERICA.

PRO *illustratione textus* tria veniunt discutienda. ¶ *Primum*, propria, & essentialis ratio *enuntiationis* in quonam verè constituenda sit. ¶ *Secundum*, rectène Aristoteles *enuntiationem*

hem definierit. ¶ *Tertium*, quid *enuntiationis* quantitas ipsius appellandum est.

PRIMVM SIC. *Enuntiatio*, & *propositio* (quicquid Petrones blatiant) non sanè sunt vnum inter se. Non enim *quauis enuntiatio* propositio est; sed illa solùm, *quæ proposita est ad inferendum*. Vnde *syllogismus*, qui *tribus enuntiationibus* absque dubio constat, duas dumtaxàt propositiones habet. *Maiorem*, & *minorem*. Namque *conclusio illata*, non *propositio* quidem; sed *ènuntiatio*, est. Quòd inferatur ipsa; non autem *ad inferendum proponatur*.

Propria, & essentialis ratio enũtiationis in quonam verè constituẽda sit.

Doctrina est Aristotelis, quam in me, vt alia vera assolent, *Thomaphili omnes* irriserunt. Ostendi publicè, eam S. Thomam professum fuisse, & cessauit *cachinnus*. Ecce *locum*, quem illis prodidi. Inuenies illum, tractatu 1. *de syllogismo*, cap. 1. sub initium.

Aristot.

S. Tho.

tium. Sic *Sanctus* ait. *Vnde oportet scire, quid est propositio. Est autem propositio, vt hic sumitur, enuntiatio, qua posita, ad eam aliquid sequitur. Non enim omnis enuntiatio est propositio; sed solùm illa, quæ ponitur in aliqua specie argumentationis, ad quam sequitur conclusio. Verbi gratia. Cùm dicitur: omnis homo est animal: omne risibile est homo: ergo omne risibile est animal: ista omnis homo est animal est propositio, & similiter ista omne risibile est homo. Proponuntur enim, vt ad eas sequatur ista omne risibile est animal. Hæc autem, omne risibile est animal, licet sit enuntiatio, constat enim ex terminis; non tamen est propositio. Est autem terminus, in quem resoluitur propositio, vt subiectum; & prædicatum*, &c.

Verba S. Tho.

Partes enũtiationis obinde solùm termini vocantur, quòd futuri sunt tales; quãdo in præmissis collocẽtur, & resoluãtur syllogismus.

Ecce, S. Thomas *distinctionem enuntiationis* à *propositione* expressam inuênit in Philosopho. Scilicet, in *ipsa definitione syllogismi*. Vt exinde constet, irrisores meos (hoc sæpe faciunt)

ciunt) ne in *me* profectò incautum cachinnum sustulisse; sed in *Summates nostros*. Quid *Petronibus* fidas, cachinnantibus? ¶ His in Thomaphilos iactis, ad institutum reuertamur. *Essentiam enuntiationis* aucupemur.

Enuntiatio, species *orationis* absque dubio est. Ergo *essentia illius* ne in alio quidem, quàm in *significando*, reperienda est. ¶ *Significatio vocum* intellectum nostrum necessariò sequitur. Vt namque *res* mente, & intellectu percipiuntur, sic penitus ore designantur.

Dupliciter *res* apprehendi solent. *Simpliciter*, inquam, & *compositè*. Apprehendimus *simpliciter*, cùm nec *mente* affirmamus nec, negamus. Apprehendimus *compositè*, cùm affirmamus, vel negamus. ¶ ithæc nobis accidunt in *mente*. Dicamus superest, quænam illis in *ore* correspondeant.

Dupliciter *res* significari solent. *Simpliciter*, inquam, & *compositè*. ¶ Designamus *simpliciter*, cùm nec *ore* affirmamus, nec negamus. ¶ Designamus

mus *compositè*, cùm affirmamus, vel negamus.

Sed *affirmare*, vel *negare* quando nos, obsecro, putandi sumus? Cùm *iudicium mentis*; *oratioque oris* tales omnino vtrobique sunt, vt *vera*, *vel falsa* necessariò sint.

Ecce, *essentia*, & *natura* enuntiationis *in enuntiando* est. Tunc autem solùm *enuntiamus*, cùm affirmamus, vel negamus. Quid sit *affirmare*, vel *negare* tam *notum omnibus* absque dubio est, vt nequeat *notiori* patefieri. *Pariter notum* absque dubio est, *quando oratio sit vera*, & *quando falsa*. Ne ob aliud quidem, vt *occultiorem nobis rationem enuntiationis* explicaret, ad *ipsa* descendit Aristoteles. Quo factum est, vt per *notissimas species*, *proprietatemque notissimam*, rationem communem definîerit. Scripsit enim. *Enuntiatio est oratio quippiam esse, vel non esse, significans*. Perinde sunt hæc, acsi dixisset. *Affirmatiua*, aut *negatiua*. Quòd *significare esse* idem omnino sit, quod *affir-*

affirmare: *significare non esse*, quod negare. ¶ Ecce, *genus manifestatum per species*. Quanam autem *definitio* sit, opportuniùs infrà dicendum est.

Quî aliter Philosophus *rationem* explicuit *enuntiandi*? *Notissimam dando proprietatem*, quæ ne aliàs quidem, quàm in *iudicio mentis*, inquè *enuntiatione oris* reperitur. Scripsit enim. *Enuntiatio est oratio, in qua verum, vel falsum est*. Detexit *ignotius* per *notiora*. Eo tamen animo, vt *ratio communis enuntiandi* neminem deinceps latêre posset. Ea autem in eo prorsus est, *vt enuntiemus ipsâ*. Enuntiamus verò, cùm *significamus esse, vel non esse*. Hoc est *affirmare, vel negare*. Quod tunc exercemus, cùm *verum, vel falsum, sermonem facimus*.

Facilè iam *enuntiationem* definiemus, *genus proximum*, & *differentiam propriam* explicantes. Hoc féceris, si dixeris. Enunciatio est *oratio enuntians*. *Definitio* profectò, quæ ex *prauijs definitionibus Philo-*

Essentialis definitio enūtiationis.

sophi *multum* profectò *lucis* mutuata est.

Rectè ne Arist. enuntiationē definierit.

SECVNDVM SIC. Aristoteles 1. libro Peri-hermenîas, capite 4. sic *enuntiationem* definiuit. *Enuntiatio est oratio in qua verum, vel falsum est.* ¶ Ecce verba, quæ non *definitionem*, sed *descriptionem* continent. Non enim *essentiam*; sed *proprietatem*, explicant. Namque *enuntiationem veram, vel falsam necessariò esse*, non est *essentia illius*; sed *extrinseca denominatio*, ab externo veniens. Exinde, scilicet, *quòd res sit, vel non sit, quam enuntiamus*. Sic enuntiatio hæc *Petrus currit*, quæ, Petro currente, vera est, hoc solo falsa redditur, *quòd Petrus consistat*, vel *non currat*. Idem contingit in *iudicio mentis*, cui *enuntiatio* correspondet. Est enim *verū*, eo, quod iudicamus, subsistente: redditur *falsum*, per *oppositum*.

Et quidem *iudicium mentis*, & *enuntiationem oris*, nec veritatem, nec falsitatem intrinsecùs habere; sed extrinsecùs eas mutuari, clarissimè do-

docuit Aristoteles, in Categorijs, capite 5. prope finem. ¶ Dixerat illic, illud esse proprissimum substantiæ, *vt eadem numero manens sit susceptiua contrariorum*. Obiecit illico, rationem hanc & *iudicio mentis*, & *orationi oris* communem esse. Quòd *eadem opinio*, *eademque oratio* (inquit Aristoteles) quandoque *vera*, interdúmque *falsæ* videantur. Sic sanè Princeps *obiectionem* diluit. Contingit (ait) *eamdem numero orationem* modò veram, & modò falsam esse, vt contingit, *eamdem numero substantiam* modò albam, & modò nigram fieri. Multùm tamen inter veramque differt. Namque *substantia* (docet Aristoteles) ita versatur in *contrarijs*, vt mutetur intrinsecùs. At *oratio* (idem iudicium esto de *opinione*) sic de vera fit falsa, vel conuersim, vt nihil recipiat in sese. Fit enim *vera*, *falsaúe*, nihilo prorsus intrinsecùs suscepto. Obinde, scilicet, quòd *res ipsa* mutetur, quam enuntiat. *Rem* autem *mutari*, quam *oratio* no-

rat; nihil omnino in *oratione* est. Rectè ergo dicebat Aristoteles, *iudicium mentis* , & *orationem oris* extrinsecùs *vera* , atque *falsa* esse , *Ab eo* , scilicet , *quòd res sit* , *vel non sit* , quam exhibemus . ¶ Legito Aristotelem, in Categorijs , capite 11. & 1. Perihermeniâs , capite 8. & 4. Metaphysicorum , textu 27. & 9. textu 11.

Sed *huiusmodi extrinsecum* (*rem* , scilicet , *esse* , vel *non esse*) ne vtique *enuntiationem* constituere ; sed *constitutam sequi* , & *inuenire* ; quo pacto, quæso , probari poterit ? Exinde apodictice , quòd *genus* , & *differentia* (probabo alibi) non à *diuersis formis* ; sed ab *eadem* in rebus , desumuntur . Constat autem , *enuntiationem nostram* , qua significatione *oratio* est , eâdem omnino *enuntiationem* esse . *Oratio* ergo *priùs ratione* quidem *enuntiatio* est , quàm *vera* , vel *falsa* nominetur . ¶ Ecce , sicut priùs est *colorem esse* , *quàm videri* : sic etiam priùs est *enuntiationem esse* , quam *veram* , vel *falsam* appellari . ¶ Ecce,

ve-

veram, vel falsam enuntiationem esse, non est *essentia illius*; sed quasi propria passio. *Extrinseca*, inquam, *denominatio*, quæ *essentiam* eius necessariò sequitur. ¶ Ecce, Philosophus prædictis verbis non tam definiuit, quam descripsit. Idque, ni pro radice *voces* vsurpemus. Sic enim sumptæ *rationem* explanant *enuntiandi*: quæ prædictæ denominationis fundamentum, & radix citra dubium est.

SED OBIICIES. *Illa sola oratio* descriptio dicitur, quæ *proprietatem* explicat. Constat autem, *veram, vel falsam esse*, ne enuntiationis quidem *proprietatem* esse. Namque *proprium*, & id cuius est *proprium* ita paria sunt, vt mutuò reciprocentur inter se. Ecquis ignorat, *verum, vel falsum esse*, nedum in *ore*; sed etiam in *mente* reperiri? ¶ Respondeo tamen, *verum, vel falsum esse*, omni in primis *enuntiationi* conuenire. Id profectò, quod satis est, vt *proprium* illius appelletur. Sic do-

cuit Porphyrius, in *sua Isagoge*, capite de *proprio*, vt videbis inibi. Est enim *proprium* quadruplex. *Quod* conuenit omni; non tamen soli; quod conuenit soli; non tamen omni; quod omni, & soli; non tamen semper: & quod omni, soli, semperque. ¶ Ecce, esse *veram*, *vel falsam* proprium *primo modo* enunciationis est. Conuenit enim *omni*, si non *soli*. Non connectitur, cum *oratione*, quæ describitur; at *generi propriò* definiti *junctum* descriptionem ejus absque-dubio facit. Namque *iudicium mentis*, verum, vel *falsum* necessariò est; non tamen oratio, vt *enuntiatio*. Tunc enim rectè per *genus proprium*, perque *differentiam communem* definimus, cùm ita se habent inter se, vt propulsset *genus*, quotquot *differentiis* communis cohibebat. Hoc eodem pacto definitur *homo*. Scilicet, per *genus proprium*, & *differentiam communiorem*. Namque *rationale*, quo iuncto *animali*, definitur, omnibus substantijs intelli-

telligentibus commune est. *Hominibus*, inquam, atque *Angelis*. Quòd idem sit *rationale*, quod *intelligens*: Quia *homo* verò rectè ab ijs *animalitate* separatur, cum quibus in *rationalitate* conueniebat: ideo *animali*, & *rationali*, quorum vtroque inferior est, exactè putatur definiri. Idem omnino contigerit in alijs, quoties *genus proprium*, *differentiaque communis*, ita se habent inter se, vt propulset *genus*, quotquot *differentia communis* cohibebat. *Definitio* enim, vel *descriptio* est, quæ conuertenda est cum *definito*; non partes *illius*, vel *istius*. Quid ergo mirum, si *enuntiatio nostra* & genere proprio, & proprietate communi describatur?

OBIICIES ITERVM. Nulla *definitio*, vel *descriptio* confici potest ex *oppositis*: nulla quippe *essentia* est, quæ *opposita ipsa* compatiatur. Constat autem, in *descriptione enuntiationis* contraria prorsus ex-

explanari. Scilicet, *veritatem*, & *falsitatem*, quæ in *nulla oratione* cohærere possunt.

Respondeo tamen, repugnare profectò, vt *quippiam simul sit verum, atque falsum*; non tamen, repugnare, vt alterum duorum necessariò sit. Verum est, *essentias physicas* ne vsquàm conflari ex repugnantibus. At non proindè abnuerem, *essentiam logicam* excogitari posse, quæ actù confletur ex oppositis. Namque *repugnantia* essentia quædam logica citra dubium est, in eo sanè posita, *vt sit, quod non est, non sit, quod est*. Ita, scilicet, *vt simul quippiam sit, atque non sit*.

Vtrùm autem, præter *fictam essentiam repugnantiæ* aliam nobis Logica suppeditet, quæ pariter constet ex oppositis, *aliorum iudicium* præstolari volo. ¶ Scio, *accidens* non definiri per aduersa, vt ostendam alibi. ¶ Noui etiam, *oppositionem enuntiationum* nullatenùs conflari ex *repugnantibus*; sed ex *eorum signis*.

Sem-

Semper tamen verum est, *siqua* forsitan *essentia* sit, ex *oppositis* facta, aut *repugnantibus*, eisdem omnino *eam* definiendam esse. Quòd, quibus sunt, eisdem planè *omnia* definienda sint.

TERTIVM SIC. Neminem latet, in substantia materiali *illud* omnino *accidens* inesse, quod *quantitatem*, vel *magnitudinem* eius appellamus. Eo *substantia* quanta absolutè nominatur: *additione* maior; *detractione* minor. ¶ Pariter, in *enuntiatione categorica*, quemdam affectum inuenîmus, quo *subiectum illius* quantum quodammodo vocatur. Vt enim *materia substantiæ naturalis* modò maior, modò minor per *quantitatem* redditur: sic *subiectum enuntiationis categoricæ*, dum *nomine communi* designatur, quandòque dilatari, quandòque constringi, visum est. Extenditur in summum, posito signo vniuersali. Itidem comprimitur, *particulari posito*. Medium remanet, neutro signorum affectum est. ¶ Ecce

Quid enuntiationis quantitas ipsius appellandũ est.

Enuntiatio tripliciter quāta. ce *enuntiatio* simplex tripliciter solet quanta fieri. Fit *maxima*, accedente signo vniuersali. Fit *minima*, signi particularis accessione. Fit denique *media*, vtroque signo penitus remoto.

Dubiū. Sed *subiectum commune* cur maius sine *signo*, quàm cum *particulari*, perhibetur? Vtroque namque modo supponitur pro *vno*. Idque determinatè, vt supra vidimus. ¶ Proinde certè, quòd *signum particulare* eam profectó vim habere cernitur, vt *ipsum commune nomen* singulare faciat. Vnde fit, vt *subiectum* nonnihiló maius in *enuntiatione indefinita* putandum fuerit, quàm in *particulari*, & *definita*. Namque *commune* nusquàm non latiùs, quàm *singulare*, patet.

Obiectio. Sed dicet aliquis. Fieri exinde, vt *enuntiatio singularis*, constans *supposito communi*, & *pronomine demonstratiuo*, vt *hic homo currit*, fit etiam inter *enuntiationes quantas* computanda. ¶ Hoc tamen nulla exiit ratione

sc-

sequitur. Quód in *enuntiationibus* illud solùm quantitas appellandum sit, quod *vero descensu* examinatur. Constat autem, *subiectum commune*, demonstratiuo pronomine contractum, *nullius descensus* esse capax. Idem omnino dicendum est, de *quocumque subiecto*, cui nullus descensus debeatur. Sunt huiusmodi. Quotquot sunt *singularia*, præter vagum; *simpliciter* supponuntur, vel *confusè*. Habes *terminos*, quos immobilitèr supponi, vulgò dicunt.

Quātitas enūtiationis.

Ecce, *descensus* huiusmodi quantitatis mensura est. Quòd quantitas *illa sola ratio* putanda sit, quàm *ipso descensu* perscrutamur. ¶ Ecce, *enuntiationes categoricæ*, quarum *supposita* immobilia sunt, ne *quantæ* quidem; sed *singulares*, obinde reputantur. ¶ Ecce, *enuntiatio categorica*, in quantam, & non quantam, diuidenda fuerit. Idque, *diuisione subiecti in accidentia*. Quòd *vniuersalitas*, *particularitas*, & *communitas* eîdem omnino enuntiationi accidant. ¶ Ec-

¶ Ecce, *enuntiatio quanta* trimembris dumtaxàt necessariò est: *maxima, minina, mediàque*. Vniuersalis *prima*, particularis *altera*, indefinita *tertia* nominatur.

Dubiũ. Sed qualis *diuisio* existimari debet? *Per se* profectò, dum synonymè *quantam* diuidamus; *per accidens*, si aliter.

Sed *vniuersalitas, particularitas,* & *communitas*, cur tres quantitates; non verò *tres* eiusdem quantitatis *affectus*, fuerint? Namque in naturalibus *summitas, maioritas*, & *minoritas*, non sunt tres quantitates; sed tres affectus, eiusdem quantitatis. ¶ Proinde certè, quòd *nulla* sit *ratio quantitatis*, cui istæ accidant. Constat autem, *vnam quantitatem natura esse*, cui illæ accidunt.

Ergo *enuntiationis quantitas*, quam solo descensu examinamus, triplex est. *Vniuersalitas, particularitas, communitas*. ¶ Vtrùm autem *ampliatio vocum*, & *restrictio* quantitates enuntiationis appellandæ fuerint, iudicio vulgarium relinquamus.

Dein-

Deinde *quantitas enuntiationis* duplex est: *simplex*, & *composita*. ¶ Simplex est, quæ *vno descensu* examinatur: vt *homo currit*. ¶ *Composita* est, quæ *pluribus descensibus* examinari petit: vt *cuiuslibet hominis equus currit*. Etenim *proxima enuntiationis quantitas* his duobus *descensibus* examinanda erit. *Cuiuslibet hominis equus currit: ergo huius hominis*, & *huius hominis*, & *reliquorum pariter*, *hic equus currit*, *illeuè*, *aut cæterorum alius*.

Demum, *vniuersalitas* duplex est: *completa*; & *incompleta*. ¶ Completa est, quando *subiectum* pro vniuersis omnino distribuitur: vt *omnis homo currit*, *nullusuè*. ¶ Incompleta est, quando *subiectum* pro his solùm dicitur distribui, quæ sub *binario* continentur: vt *vterque homo currit*, *neuteruè*. Est namque sensus. *Duorum hominum, omnem sanè currere, vel nullum.*

DIS-

DISPVTATIO VNICA:

SVPER MATERIA CAPITIS.

SVPER materia capitis, duo veniunt discutienda. ¶ *Primum*, vtrùm diuisio enuntiationis in categoricam, & hypotheticam, sit generis in species. ¶ *Secundum*, vtrùm diuisio enuntiationis in affirmantem, & negantem, sit synonyma.

QVAES-

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrùm diuisio enuntiationis in categoricã, & hypotheticã sit generis in species.

ANTITHETA.

Ligant Sophistæ sustinendũ thesis.

PRIMO. Genus ex æquo est in speciebus, vti planè docuit Aristoteles, 4. libro Topicorum, capite 2. Constat autem, *rationem enuntiationis* priùs in *categorica*, quàm in *hypotheticã* inueniri. Tum, quia sæpissimè *illa* componit *istam*: Simplex ergo priùs est enuntiatio, quàm *composita*. Tum etiam, quia Aristoteles 1. libro Peri-hermenîas, capite 4. *enuntiationem categoricam* vnam planè vocat: *hypotheticam* verò

rò non vocat vnam absolutè; sed coniunctione vnam. Constat autem, de vno per se, vnóque per accidens nihil posse synonymè affirmari. Diuisio ergo *enuntiationis* in categoricam, & hypotheticam, non erit generis in species.

SECVNDO. Ratio præcisa enuntiationis in eo tota est, *vt enuntiet de aliquo*. Constat autem, enuntiationem hypotheticam eâ solùm ratione enuntiare de aliquo, qua ex categoricis concrescit. *Ratio* ergo *enuntiandi* solùm est per se primò in categorica; in hypothetica per accidens.

TERTIO. Vna species nulla ratione componit aliam. Quòd in parte, & toto; completo, & incompleto, idem omnino genus abstrahendum foret. Constat autem, *enuntiationem categoricam* sæpè fieri partem hypotheticæ. Non ergo sunt species *enuntiationis in communi.*

HY-

HYPOTHETA.

Ponã præcũctis fundamẽta veri.

PRO decisione dubij duo veniunt discutienda. ¶ *Primum*, quænam diuisio generis in species putanda sit. ¶ *Secundum*, enuntietnè hypothetica ratione sui.

QVAENAM DIVISIO generis in species putanda sit.

PRIMVM SIC. *Diuisio generis in species* tria in primis necessario petit. *Primum*, vt sit synonyma. *Secundum*, vt partes illius specie differant. *Tertium*, vt quæuis pars *rationem* participet *diuisi* ratione sui.

Est synonyma, cùm *ratio diuisi*, & vna in partibus, & essentialis est. ¶ Est *vna*, cum *definitio* illius vna est. ¶ Est *essentialis*, cùm desumptà est ex formis essentialibus. Ita, scilicèt, vt *singulæ partes diuisionis*, quâ formâ sunt id, quo differunt per se, eâdem sint id, in quo conueniunt.

Ecce, cur Philosophus partes diuisionis synonymæ sic finîerit. *Synonyma sunt, quorum nomen est commune, ratio verò substantiæ nomini accomodata eadem.*

Cap. 1. Categ.

Ecce, *diuisio animalis* in hominem, & equum, apertè est synonyma, & per se. Est namque vterque eorum per se animal, eâdem formâ, quâ alter intelligit, hinnit alter. Partiretur per accidens, in candidum, & atrum. Cur ita? Proinde certè, quòd *homo*, & *equus*, qua formâ sunt *animal*, non sunt eâdem *colorati*. Namque *animabus* sunt animal: sunt colorati *qualitatibus*.

Tunc demum *partes diuisionis* partici-

ticipant *rationem diuisi*, *ratione sui*, quando non participant illam *ratione partium*. Namque *totum* quædam habet *ratione sui*, quædam autem *ratione partis*. ¶ Sic Iesus Christus, verus Deus, & homo crucifixus est, mortuus, & sepultus. Idque, *præcisa ratione humanitatis*, quæ, vel separata à *Verbo Dei*, crucifigi potuit, mori, & sepeliri. ¶ Sic homo intelligit *ratione animæ*: quæ id ipsum præstaret separata. ¶ Sic *enuntiatio hypothetica*, compacta ex *categoricis*, enuntiat de aliquo. Non vtique *ratione sui*; sed ratione ipsarum. Indicio sit, itidem *separatas* enuntiaturas esse. ¶ Sic *superficies*, quæ solùm est lata *ratione sui*, longa insuper est *ratione lineæ*. ¶ Sic *corpus*, quod solùm est profundum *ratione sui*, longum, & latum in *contentis* est: illud in *linea*; in *superficie* hoc.

Sed vndenam noscêmus, vtra sit totum ratione sui, vtraue in *contentis*.

Sed, quæ *totum* habet *ratione sui*, quæque in partibus; vel *ratione partium*, quî, obsecro, sunt internoscenda? Accipito regulam firmissimam. Illud habet totum *ratione sui*, quod perit in illo, vnione partium pereunte. Illud habet totum *ratione partium*, quod remanet in *partibus*. Sic *Humanitas Christi* mortalis esset, vnione hypostatica cessante: *linea* longa: *superficies* lata. Sic *enuntiationes categoricæ* enuntiant de alio *separata*.

Vnum hîc noueris; in quo haud difficilè quispiam hallucinari posset. *Totum*, scilicet, ne omnia quidem *ratione sui* habere, quæ in *solutione partium* euanescunt; sed *illa* solùm, quæ *merito vnionis* conueniebant ei. Quæcumque ergo in *solutione* pereant, *hæc erit regula* verissima. *Nihil habet totum ratione sui, quod, dissolutis partibus, non pereat. Nihil omnino in separatis partibus remanserit, quod totum habuerit per se.* Constat autem, *duas enuntiationes categori-*

Verissima regula.

goricas tunc adhùc *unum de alio* enuntiaturas esse, cùm absolutè proferantur. Quî ergo *hypothetica*, ex duabus simplicibus compacta, *de alio enuntiauerit per se*?

ENVNTIET NE HYPOthetica ratione sui.

SECVNDVM SIC. Vt *enuntiatio hypothetica* quippiam enuntiet *ratione sui*, non verò in *partibus*, *illud* enuntiatura est per se, quod ne *partes* enuntient *separatæ*.

Et sanè *enuntiationem hypotheticam* quippiam *ex vi vnionis* semper enuntiare, quod nequeant omnino *partes separatæ*, epagôge demonstro.

Primùm, *enuntiationes hypotheticæ*, quæ habent rationem consequentiæ, *illam* planè *connexionem* denotant; quam ne *partes solutæ* designarent. Sunt huiusmodi: *condi-*

tionalis, causalis, & *rationalis*. Patescet hoc, quem non latuerit, non esse vnum, *res connexas*, & *connexionem earum designare*. ¶ Namque, in ista oratione *si sol lucet, dies est*, plus sane, quàm in ista, dicimus. *Sol lucet, & dies est*. Quód in *ista* res solùm connexas enuntiemus, denotemus in *illa* & connexionem. Scilicet, futurum esse *alterum*, idque necessariò, si *primum* sit. ¶ Pariter, in illa oratione *quia sol lucet, dies est*, plus sanè, quàm in *ista*, dicimus. *Sol lucet, & dies est*. Quód in *ista* solám causam effectus enuntiemus, denotemus in *illa*, obinde esse *alterum*, idque necessariò, quòd *primum* sit. ¶ Denique, in ista oratione *sol lucet, ergo dies est*, plus sanè, quam in *ista*, dicimus. *Sol lucet, & dies est*. Quòd in *ista* solummodò enuntiemus, & *solem lucere*, & *diem esse*, denotemus in illa, nequire *alterum* non esse, subsistente *primo*.

Idem ostendo à posteriori. Namque in primis, ne faró quidem vsu ve-

venit, vt *conditionalis*, & *rationalis* veræ sint, quando *partes earum* falsæ sunt. Verissimè enim argumentamur sic. *Si Angelus est equus, spiritus est corpus*. Falsè tamen enunciaremus ita. *Angelus est equus, spiritus est corpus*. *Conditionalis* ergo quippiam enunciat per se se, quod *partes* minimè. ¶ Faciliùs monstratur in *causali*. Est enim *falsa*, quando vtraque partium *vera* est. Demonstro planè. Ista est falsa. *Quia ridet homo, animal intelligit*. Sunt tamen *partes* veræ. *Homo ridet, animal intelligit*. Hocnè, ni quippiam *causalis* enunciaret, quod *partes illius* non enunciant?

Ad *copulatiuam*, & *disiunctiuam* accedamus, in quibus Zòilus quidam noster plus multò, ob inscitiam huius, hallucinatus est. ¶ Ex *duabus simplicibus negantibus* fit interdum *affirmans hypothetica*. Itidem ex *affirmantibus* fit *negans*. Namque *copulatiua hae* affirmans est. *Homo non est equus, & equus non est homo*. Quod *praeci-*

 pua

pua copula nulla prorsus negatione affecta sit. Constat autem, *partes copulatas*, expuncta inde coniunctione ipsarum, nullatenùs affirmare; sed negare. ¶ Idem iudicium habendum est, de *enuntiatione disiunctiua*. Vt exinde constet, *copulatiuam*, & *disiunctiuam*, vltra *illud* adhùc, quod enunciarent *partes* separatæ, *aliud* insuper, ex *vi coniunctionis*, enuntiare. Quî aliter, negantibus partibus, affirmare possent?

Ecce, planum est, vt *categoricas*, sic etiam *hypotheticas* enuntiare per se. Quid ergo obstare poterit, quominùs *enuntiatio categorica*, & *enuntiatio hypothetica* synonymè, & per se in *enuntiando* coeant?

CRI-

CRISIS.

Ieci iam prima, ſuſtinendum pono.

RESPONDEO PRIMO. *Diuiſio enuntiationis* in categoricam, & hypotheticam, eſt ſynonyma, & per ſe. Doctrina eſt veriſsima, & probatur. Tunc *diuiſio* eſt ſynonyma, & per ſe, quando *ratio diuiſi* per ſe ineſt partibus, vna eſt in omnibus, deſumiturque in eis, vel à nuda quidditate earum, vel á forma phyſica, qua *eſſentiæ ipſarum* conſummantur. Conſtat autem, tam *categoricas*, quàm *hypotheticas* enuntiare per ſe *ratione formæ*, qua per ſe ſe conſtituuntur. Nihil ergo obſtare poterit, quominùs ſynonymè ſint enuntiationes.

RESPONDEO SECVNDO. *Diuiſio enuntiationis* in categoricam, & hypotheticam, eſt generis in ſpecies. Doctrina eſt veriſsima, & probatur. Tunc *diuiſio* eſt gene-

generis in species, cùm *partes diuisi* & sunt synonymæ, & differunt specie. Constat autem, *categoricam*, & *hypotheticam*, postquàm vnum sunt in *præcisa ratione enuntiationis*, sic etiam differre inter se se, vt species illius existimari debeant.

PARATHETA.

Isthac suppositis consectaria hærent.

PRIMVM EST. *Rationem præcisam* enuntiationis in communi (quod vulgó faciunt) non in eò sanè ponendam esse, *vt enuntiet aliquid de aliquo*. Patet ex dictis. *Enuntiatio hypothetica* necessariò enuntiat per se se. Scilicet *ratione sui*, & *ex vi coniunctionis*, qua partes vniuntur inter se. Constat autem, *enuntiationem hypotheticam* ex vi coniunctionis, vel *ratione sui* nec enuntiare *de alio*, nec *ab alio*.

SE-

SECVNDVM EST. Qui vulgò asserunt, *rationem enuntiationis in communi* in eo solùm ponendam esse, vt enuntiet *de alio*, vel *ab alio*, consentaneè *themati* dixisse, *diuisionem hanc* nullo modo synonymam; sed *homonymam* potiùs, existimandam esse. Patet ex dictis. *Synonyma diuisio* illud necessariò procul dubio petit. Vt, scilicet, *partes diuisionis* ex æquo sint tales, & per se. Constat autem, *enuntiationes hypotheticas* enuntiare quidem *ratione sui*; non tamen *de alio*, vel *ab alio*.

TERTIVM EST. *Diuisionem istam* longè diuersam ab *illa* esse, *qua* in *vnam*, & *plures*, secaretur. Patet ex dictis. *Enuntiatio*, categorica sit, vel hypothetica, ne *plures* quidem *appellanda* est; sed *vna distincta contra plures*. Sic planè docuit Aristoteles, 2. libro Peri-hermenîas, capite 4. & sæpè alibi. Verba sunt hæc. *Est autem vna prima oratio enuntiatiua affirmatio, deinde negatio; alia verò omnes coniunctione vna*,

vna. His Philosophus, studio breuitatis, duas simul *diuisiones enuntiationis* complexus est. ¶ Prima est. *Enuntiatio* vna duplex est: *simpliciter*, & *aliter*. *Illa* est vna simpliciter, in qua *vnum de vno prædicamus*: vt *Petrus currit*. *Illa* veró est *coniunctione vna*, quæ resultat ex pluribus: vt *Socrates legit*, *& Plato audit*. Vocat *istam* coniunctione vnam, quòd oporteat, *simplices*, ex quibus *ea* fit, coniunctione aliqua ligari, vt in *vnam* concrescant *orationem*. ¶ Secunda est. *Enuntiatio*, quæ vna est simpliciter, duplex est: *affirmatio*, & *negatio*.

Potuit diuidere *enuntiationem in communi* (quod in texta fecimus) in *affirmantem*, & *negantem*. Cur ergo *simplicem* solùm subdiuisit? Vt innueret, se se, ex professo, non sanè *compositas*; sed *simplices* tantùm, aucupari. Quòd, scilicet, *istæ*, quàm *illæ*, ne modò quidem longè *frequentiores* in *disciplinis* sunt; sed *conducibiliores* *fini*, & *apodixi*.

Ecce,

Ecce, *diuisio enuntiationis in categoricam*, & *hypotheticam*, autentica est, & Aristotelis. *Vtràmque* vocat vnam; & opponit *pluribus*. Id profectò, quod nonnihilò inferiùs sic expræssit: *Est autem vna oratio enuntiatiua; quæ vnum significat, vel coniunctione vna; plures autem, quæ plura, & non vnum, vel inconiunctæ.*

Verba Arist.

Ecce, *eas enuntiationes* vocat plures, quæ ita *plura* dicunt, *vt non possint vnum enuntiare*. Id profectò, in quo conspicuè innuit, vt *enuntiationes* plures appellentur, non satis futurum esse, *plura affirmare*, *vel negare*; sed necessarium esse vltrà, *vt vnum denuntient*, vel significent. ¶ Namque *enuntiatio vniuersalis* plura sanè enuntiat: totidem, scilicèt, quot *vniuersa singulares*. Proinde tamen non est plures, quòd *subiectum eius* saltem *apprehensione* vnum est. Vniuersale, inquam, *quod* & plura re ipsâ, & vnum ratione, futurum erit. ¶ *Copulatiua*, & *disiunctiua* multa quoque pariter enuntiant: totidem,

tidem, scilicet, quot *partes*. Proinde tamen non sunt plures, quòd & vnum denotent. Argumento sit, nedum eas præcisa ratione partium enuntiare; sed & *ratione sui*.

Sed Aristoteles *èquas*, obsecro, *enuntiationes* simpliciter plures appellauit? Illas dumtaxat, quæ vel *subiecto homonymo* constarent, vel *in coniunctis partibus*. Hoc innuit, cùm scripsit. *Est autem vna oratio enuntiatiua, quæ vnum significat, vel coniunctione vna; plures autem, quæ plura, & non vnum, vel inconiunctæ.*

L Y S I S.

Soluo sophismata, vnde dubium solui.

PRIMVM SIC: *Prioritas* tunc solùm inducit *homonymiam*, cùm *rationem* multiplicat, aut in causa est, vt *vni* insit *ratione alterius*. Rursus, *compositio* non tollit *synonymiam*, niquàndo accidat, vt *ratio diuisi* ne aliter

ter quidem conueniat *toti*, quàm *ratione partium.*

SECVNDVM SIC. Præcisa ratio enuntiationis in communi non in eo est, vt enuntiet *de alio*, vel *ab alio*; sed in eo dumtaxàt, *vt enuntiet*. Id profectò, in quo tam *categorica*, quæ enuntiat *de alio*, vel *ab alio*, quàm *hypothetica*, quæ longè aliter absque dubio enuntiat, conueniunt synonymè, & per se.

TERTIVM SIC. In *rebus logicis* sæpissimè profectò vsu venit, *vt vna species componat aliam*. Sic *nomen*, & *verbum* simul sunt partes *enuntiationis*, & species *signi*. *Nouatores* ergo minùs profectò cautè statuêrunt, *totum*, & *partes* non posse synonymè coire.

QVAES-

QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrùm diuisio enúntiationis in affirmantem, & negantem, sit synonyma.

ANTITHETA.

Ligant sophistæ sustinendum thesis.

PRIMO. Aristoteles 1. libro Peri-hermenîas, capite 4. *in definiendo enuntiationem categoricam*, disiunctione vtitur. Verba sunt hæc. *Est autem enuntiatio simplex vox significatiua de eo, quod est aliquid, vel non est.* Perinde sunt hæc, acsi dixisset. *Enuntiatio simplex* nihil aliud est, quàm oratio enuntians *de aliquo*, quippiam *illud* esse; vel non esse. *Hæc* autem *finitio*

tio enuntiationis categoricæ, hoc ipso erit *enuntiationis in communi*, quod, vnum dumtaxat verbum detrahentes, definiamus sic: Enuntiatio est *oratio enuntiatiua esse, vel non esse*. Id profectò, in quo satis, superque indixerit Philosophus, inter orationem in communi, & affirmantem, & negantem, non esse *vnam rationem enuntiandi*; quæ simplicissimè posset definiri, sine descensu ad differentias.

Idem insinuarit parum antea. Namque, cùm *enuntiationem in communi*, in simplicem, & compositam, diuideret: categoricam explicans, *eàdem disiunctione* vsus est. Verba sunt hæc. *Harum autem vna quidem est enuntiatio simplex, vt aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo: alia autem ex his coniuncta, veluti oratio quædam iam composita*. Perinde sunt hæc, ac si dixisset: *Enuntiatio in communi* duplex est: vna *simplex*, altera *composita*. Simplex est, quæ affirmat, vel negat aliquid de aliquo:

Aa Com-

Composita est, quæ affirmat vtique negatiuè; non tamen de alio, vel ab alio.

Idem pòst fecit, 1. libro de *Priori analysi*, capite priori. Namque, vt *enuntiationem simplicem*, quæ propria materia *propositionis* est, in memoriam breui reuocaret, sub nomine *propositionis*, sic eam, disiungens, definiuit. *Propositio est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo*. ¶ Sed cur Philosophus *enuntiationem* vtique; non autem *propositionem*, definîerit? Quòd, materiâ *propositionis* definitâ, nemini *formam* difficilem inuentu *futuram* duxerit.

Idem innuit, cùm parum infra, *vniuersalem*, *particularem*, *indefinitamque* explicans, sic planè scripsit. *Dico autem vniuersalem, cùm aliquid aut omni, aut nulli inesse: particularem verò, cùm alicui, aut non alicui inesse: indefinitam autem, cùm aliquid inesse, aut non inesse, sine nota, significat.*

Ecce

Ecce, Aristoteles *affirmantem*, & *negantem* nusquam fortassis in *vna ratione* coniunxisse legitur; disiunxisse passim. Quod eò factum putari potest, quòd in *puro enunciationis* nomine conueniant; non autem in *vnica ratione*. Namque, si Aristoteles *aliquam enuntiationis rationem*, eámque *simpliciter vnam*, reperisset, in qua *affirmatio*, & *negatio* conuenirent, priùs sanè *ipsam* definiturus esset, quàm *species illius* explicaret. Namque *genus*, quàm *species suas*, tùm naturâ ipsâ, tùm etiam & nobis, *manifestius* est.

Eadem interdū, & notiora nobis, & natura sunt.

SECVNDO. Diuersorum generum, neutrum quorum sub alio est, tam *species*, quàm *differentia*, erunt diuersæ inter se se. Regula est Philosophi, cap. 3. Categoriarum, vbi sic scripsit. *Diuersorum generum, & non subalternatim positorum, diuersa sunt species, & differentia.* Constat autem, *documentum Aristotelis* falsum omnino futurum esse;

quando *affirmatio*, & *negatio* species enuntiationis futuræ sint. ¶ Namque *categorica*, & *hypothetica* ita profectò habent inter se, vt *neutra* sub *altera* ponatur. *Vtraṁis* tamen secari potest in *affirmantem*, & *negantem*. ¶ Rursus, *affirmatio*, & *negatio* ita quoque vicissim comparantur, vt *neutra earum* subijciatur *alteri*. Potest verò *vtralibet* earum in *categoricam*, & *hypotheticam*, secari. Futurum ergo est, vt nequeant *alterutræ* species enuntiationis reputari. Namque, si *enuntiationis in communi*, nedum *categorica*, & *hypothetica*; sed *affirmatio* etiam, & *negatio* species sunt: fit inde consequens, vt diuersorum generum, non subalternatim positorum, & *species eadem*, ac *differentiæ* sint.

TERTIO. *Ratio synonyma* id in primis habere debet, vt à *differentijs inferiorum* abstrahenda fuerit. Sic *animalitas*, quæ hominis, equi, & leonis *genus* est, ab *eorum differentijs* præcidenda fuit. Ab *ratione*, *hinnitu*,

situ, atque *rugitu*. Constat autem, *rationem enuntiandi* ab *significando esse*, & *non esse*, ne mente quidem separari posse. Namque *esse*, & *non esse* tam immediatè opponuntur inter se, vt *nullum* sit *tertium*, præter *ipsa*. *Vox* ergo vel nullo modo enuntiat, vel *alterum eorum* designatura est. Non enim, quin significaret, enuntiaret: quippe *enuntiare* significare est.

QVARTO. Species, quæ sub eodem genere ponuntur, simul naturâ procul dubio sunt. Sic planè docuit Aristoteles, capite 12. Categoriarum, sub initium capitis. Verba sunt hæc. *Ea præterea, quæ eiusdem generis diuisione sibi opponuntur, simul esse dicuntur naturà*. Atqui affirmatio, & negatio apertè habent, vt prius, & posterius. Sic etiam docuit Aristoteles 1. libro Peri-hermenîas, cap. 4. & 1. Posteriorum c. 2. & 2. de Cœlò, text. 18. *Affirmatio*, & *negatio* species *enuntiationis*, quo, obsecro, pacto existimari potetunt?

HYPOTHETA.

Ponã præcũctis fundamẽta veri.

PRO decisione dubij tria veniunt discutienda. ¶ *Primum*, possitnè contingere, vt diuersa genera, quorum neutrum ponitur sub altero, diuidantur per se eijsdem omnino differentijs. ¶ *Secundum*, prædicata, in aliquo actu consistentia, quo pacto ratione præcidantur. ¶ *Tertium*, sitnè prioritas, quæ synonymiam soluat.

POSSITNE CONTINgere, vt diuersa genera, quorum neutrum ponitur sub altero, diuidantur per se eijsdem omnino differentijs.

PRIMVM SIC. Videri posset affirmandum. Namque *prædicatum* in *essentiale*, & *accidentale*, quorum neutrum sub altero proculdubió est, optimè sanè dissecatur. Constat autem, qua differentiâ *essentiale* diuiditur, eâdem constitui *accidentale*. Etenim *prædicatum essentiale* optimè diuiditur in *quid*, & *quale*. Et tamen *quale*, nedum in *quidditatiuis*; sed in *accidentalibus* etiam, reperitur. ¶ Pariter, *prædicatum essentiale*, in *primum*, & *vltimum*, quorum neutrum sub altero constitutum est, ne perperam quidem diuidetur. Constat autem,

vtrumlibet eorum, per *communicabile rationibus*; & per *incommunicabile*, secâri. ¶ Idem omnino de *conuertibili*, & *inconuertibili* dicendum est, quibus *essentiale*, & *accidentale* æqualiter prorsus diuiduntur.

DICET ALIQVIS, *praeceptum Aristotelis* deficere solùm in *notionibus*, tenere in *rebus*. ¶ Sed argumentor sic. *Substantia in genere* in *corpus*, & *spiritum*, quorum neutrum ponitur sub altero, optimè omnium secari dicitur. Constat autem, qua differentiâ *homo* à bruto differt, eâdem quoque *Angelum* constitui. Quòd rationalis, & intelligens *vterque* planè illorum absque dubio sit. ¶ Pariter, *forma in communi*, quam Aristoteles *vnicâ solâ definitione* explicuit, in *substantialem*, & *accidentalem*, quarum sub *altera neutra* est, rectissimè omnium dissecatur. Constat autem, *vtramlibet earum* in *materialem*, & *immaterialem*, diuidendam esse. Potest etiam diuidi, in *corporalem*, & *spiritalem*, quarum

neu-

neutra sub *altera* citra dubium est. Constat autem, *vtramlibet earum* substantiam futuram, accidensuè.

Natura optimè ab Aristotele diuiditur, in *materiam*, & *formam substantialem*, quarum neutra sub altera procul dubio est. Constat autem, *eam* in materia prima *differentiam* esse, qua *forma* secatur substantialis. Namque *forma substantia* (norunt Physici) in *subsistentem*, & *receptam*, ne ineptè profectò diuidêtur.

Actio, & *passio* (docet Aristoteles) etsi vnum sint *re*, ita verò ratione nostrâ discrepant, vt *neutra* alteram in conceptu imbibat. Constabit scrutanti, *creationem*, & *eductionem* exinde differre inter se se, quòd *ista* sit passio, nequeat *illa*.

Practicum, & *speculatiuum* (docet Aristoteles) ne minùs quidem differunt, quàm *genere*: neutrum quippe alterum includit. Constat autem, *Logicam*, & *Theologiam*, iudicio plurium, simul esse *theoricas*, & *practicas*.

Ado-

Adoratio, & *religio* ita profectò distinguuntur, vt *neutra earum* supponatur *alteri*. Constat autem, *latriam*, quæ cultus est Dei, *vtrique* simul subiacêre pariter. Est enim *religio*, cum sacrificio, voto, jurejurando, & alijs: *adoratio* veró, cum dulîa, & hyperdulîa.

Demum, *prima*, & *secunda species qualitatis* ita vicissim habent inter se, vt *neutra earum* includat *alteram*. Constat autem, quatuor *primas qualitates* (calorem, frigus, siccitatem, & humiditatem) *rationem* pariter *vtriusque* habere.

Isthæc mihi in *documentum Philosophi* occurrerunt. Gratulabor *soluenti*, suspicans intereà, *regulam Principis* plerumque (quod illi satis) non tamen semper, constantem esse.

Adiecerim, *limitationem istam*, non esse *meam*; sed Autoris. Namque 6. lib. Topicorum, cap. 3. contingere interdum, vt ea genera, quæ sub alio genere ponuntur, easdem omnino

no differentias habeant, expressè pro-
fectò fassus est. Sic enim ait. *Bipes gradientis, & volantis differentia est: cùm vtrumque eorum sub animali sit.*

PREDICATA, IN ALIQVO actu consistentia, quo pacto ratione prædicantur.

SECVNDVM SIC. Prædicata essentialia tripliciter consistunt: in *actu* quædam, in *potentia* multa, plurima in *radice*. Sic constituuntur essentialiter; *intellectione* intelligens, intellectiuum *intellectu*, rationale *radice*. Non inficior, quin *prædicata hæc*, ob penuriam nominum, sepiùscule in voce confunduntur. Solent enim *vnico nomine actus* designari. Vocamus namque ridens, quod ridet, quod ridere potest, cuíque *facultas ridendi* passio est. Re tamen spectata, ne minùs quidem dissident, quàm essentiæ rerum. *Prædicata* enim, quæcumque illa sint, semper se-

sequuntur *formas essentiales*. Vnde *prædicata*, quæ *nomine risus* designantur, ne minùs quidem inter se ipsa distinguuntur, quàm *anima rationalis*, *facultas ridendi*, atque *risio*. ¶ Ecce, *inopia nominum* in causa fuerit, vt *nomine actuum*, nedum *potentias* quidem; sed etiam *radices*, designemus.

Igitur, inter hæc prædicata, quæ difficiliora sunt abstractu, ea sanè sunt, quæ consistunt in actu. ¶ Huius autem difficultatis *gemina causa* citra dubium est. *Prima*, quòd *actus*, in cuius exercitio *tota ratio prædicati* est, non potest exerceri in ratione communi, quam abstrahimus. Namque *genus in communi* quî, obsecro, *in actu exercito* de pluribus differentibus specie verificari posset? *Secunda*, quòd *actus ipsi*, circa illas res soleant exerceri, quæ nequeant ratione coadunari. Id, quod vel in *enuntiationibus* videre licet. Namque *affirmationes* apertè enuntiant *esse*; *negationes* non esse. Constat autem, *esse*, & *non esse* in *nullo* vsquam *ter-*

tertio coadunari posse. Quòd *tertium istud*, in vtroque *pracisum*, vel *abstractum*, neutrum duorum apprehendendum esset. Quippiamnè posit apprehendi, ita ab *esse*, & *non esse* separatum, vt *neutrum eorum* cogitetur? Minimè profectò.

Ecce, in illis rebus, in quibus *ipsi enuntiandi actus* exercentur, *nulla* videtur *ratio praeidibilis*. Quî ergo *pracisam rationem actus* cogitabimus? Apprehenderemus namque *illam*, tum sine *singularibus actibus exercitis*, tum etiam sine *proprijs materijs singulorum*. ¶ Ecce, abstractio illorum prædicatorum essentialium, quæ consistunt in actu, difficilis admodum videtur.

DICENDVM tamen est, etiam *illos actus*, qui in singulari solùm exercentur, *posse ratione coadunari*. Sic tamen, vt, in ratione communi, nón tam *exerceantur*, quàm *signentur*. Id profectó, quod satis est, ad *conceptum pracisum essentialem*. Id, quod videre est, in *illa communi ratione*

tione generis, quam in generibus abstrahimus. Prædicatur enim de pluribus differentibus specie. Non vtique *in actu exercito*; sed *in actu signato*. *Genus* autem, in *communi conceptum*, de pluribus differentibus specie *in actu exercito* proinde solùm negamus prædicari, quòd *apprehensum ita*, ne aliter quidem, quàm de singulis generibus, prædicari possit. Constat autem, *genera*, si, quà talia sunt, considerentur, non magis, quàm numero, differe. At *in actu signato* rectè profectò de pluribus differentibus specie prædicari dicitur. Cur ita? Quòd vnum sit eis, quæ actus exercent singulatim.

Quid ergo erit *in actu signato* prædicari? Omnia profectò esse, quæ huiusmodi sunt *in actu exercito*. ¶ Ecce, *in actu signato prædicari*, & *prædicari in actu exercito*, sola ratione separantur. Quid ergo mirum, *in actu signato prædicari* eorum essentia reputetur, *quæ prædicantur in exercito*? Foret sanè incommodum, si

re

re ipsâ, vel quasi re ipsâ dissiderent. Quòd *essentia communis* vnum futura sit, cum singularibus. Ne aliter quidem verè de illis diceretur? Namque *distinctum nusquàm verificatur de distincto*. Quòd *affirmatio simplex* (instituebam suprà) ne aliud quidem significet audienti, quàm *vnitatem extremorum*. *Diuersitatem* contrà *negatio* denotat.

Sed *ratio illa communis* actuum essentialem singularium signans, quî, obsecro, potest sine *materijs actuum* apprehendi? *Dubiū.*

DICO PRIMO. Non est necessarium, vt *ratio signans* in præcisam *materiam* referatur. Secus *huiusmodi ratio* toties nequiret abstrahi, quoties nequirent *materia* coadunari. Constat autem, *rationes signantes* tunc adhùc à nobis præcidi posse, cùm nequîmus abstrahere in *materijs*. Sic fortè abstrahimus *præcisam rationem respectiui*. Sic rationem *signi*, sic *orationis*, & *enuntiationis* in *communi*. ¶ Quid ergo? Estnè *ratio signans* abso-

lu-

luta? Minime profectò. Quî ergo absque *extrinseco termino* noscetur? Nam que *habitudo ne quidem sine illo cogitari potest.*

DICO VLTIMO. *Ratio communis signans*, vel apprehenditur more absolutorum, vt subtiliùs cæteris attigit Scotus, ita, scilicet, vt *nullam materiam actuum* cogitemus, vel solum refertur, quando noscitur, ad *proprias materias* singulorum ¶ Non dixi, ad *singulares actus*; sed ad *materias actuum*. Quòd *ratio communis*, quæcumque illa sit, ex vi *abstractionis* illud actuum habitura est, vt cogitari possit sine *singulis*. Quî aliter abstracta, & præcisa diceretur? Sed tamen, si *aliquot materia actuum* appræhendendæ sunt, futurum satis arbitror, si vagè, & confusè cognoscantur. Minimè, inquam, distinctè, quàm sub actibus. Inducerent secùs *cognitionem actuum*, abolereturque præcisio. *Hæc* autem *confusio* exinde planè nascitur, quòd *enuntiata hæc*, ne vtique ad *pro-*

proprias enuntiationes comparantur; sed ad *praecisam rationem enuntiandi*. Oportet igitur, vt nonnihilo obscuriùs agnoscantur, quàm, si sub *actibus proprijs* noscerentur. In gratiam eorum isthaec scribo (discant pro gratia) qui *habitudinem in communi* ne aliter quidem cogitare possunt, quàm *terminum etiam abstrahentes*. Experrus sæpe sunt, ne *omnes* quidem *subtilitatem Scoti* pertigisse. Quæ in eo fuit, vt saltem *communem rationem habitudinis* simpliciter norit sine termino. Quo simul credito, *abstractio relatorum* sic certè in *doctrinis* expeditur, vt *nulla* supersit *difficultas*. Ecce, vel *abstractio relatorum* neganda fuerit, vel standum Scoto. *Abstractionemnè* tollemus? Minimè profectò. Cur non ita? Quòd sæpiculè contingat, vt etiam *respectiua*, nedum communiter; sed etiam synonymè, finiamus. Quî hoc sine *abstractione* vsquam faceremus?

Fingito, nequire litteras in ratione præcisa coadunari. Quî, obsecro,

negabis, coadunari *legentes in legendo*. Noscunt *rationalia*, quotquot *nomine entis* transcenduntur. Monstrabo alibi, *communem rationem entis* non præcidi. Nequibit ergo *abstractissima ratio intelligentis* ad *abstractissimam entis* comparari. Vnde *præcissa ratio intelligentis* vel nullo modo abstrahitur, vel sine *abstracta ratione entis* apprehendi potuit. Multa hinc sophismata soluuntur, quæ *huiusmodi relatorum abstractionem* difficillimam hactenus reddiderint.

SITNE PRIORITAS, quæ synonymiam soluat.

TERTIVM SIC. Aristoteles 11. capite *Categoriarum* quinque modos attulit, quibus *nonnullæ rerum* priores dicuntur esse *aliis*.

PRIMO MODO (inquit Aristoteles) illud dicitur esse prius alio, quod antiquius eo, atque vetustius est;

est : vt Achiles Romulo, Capys Anchise, suis Æneas Salijs, & sexcenta huiusmodi.

SECVNDO MODO (inquit Aristoteles) illud dicitur esse prius alio, *à quo in aliud nè subsistendi quidem consequentia valet*: vt vnum duobus, genus speciebus, aliaque complura.

TERTIO MODO (inquit Aristoteles) illud dicitur esse prius alio, quod ordine præcedit: vt partes toto, principia conclusionibus, elementa syllabis, proœmium exegêsi, narratio epilogo, & cætera similia.

QVARTO MODO (inquit Aristoteles) illud dicitur esse prius alio, quod præstantius alio, atque nobilius est: vt melius bono, populus plebe, triarij manipulis, aurum argento, & cætera meliora.

QVINTO MODO (inquit Aristoteles) illud dicitur esse prius alio, quod in causa est, vt aliud sit: vt materia materiato, forma formato, efficiens facto, istisque paria. Sic

(Princeps ait) prius est *rem esse*, quam *orationem esse veram*. Non enim (inquit) proinde res est, quod enunciatio vera est, sed è conuerso, quod ita res est, proinde enuntiatio vera est. Verba sunt hæc. *Atque oratio quidem vera, vt res sit, nullo pacto est causa; res tamen, aliqua ex parte, vt sit oratio vera, causa esse videtur. Ex eo namque, quòd res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa. Quare fit, vt quinque modis ipsum prius dicatur.*

Verba Arist.

Omnibus his modis *affirmatio negationem* præit. *Tempore, subsistentia, dignitate, ordine, & causalitate.*

TEMPORE, quòd sæpe contigit, vt illud postmodùm negemus, quod iamdum *nos ipsi* affirmassemus.

SVBSISTENTIA, quòd *affirmatione* penitus remota, statim *negatio* remouetur; non autem è conuerso, *negatione* sublata, *affirmatio* proinde remouenda est.

DIGNITATE, quia sicut *esse*, quam *non esse*, præstabilius est, sic

sic *affirmatio*, quàm *negatio*. Obinde Princeps 1. libro de *Posteriori Analysi*, capite 2. *affirmationem negatione*, nedum priorem; sed & notiorem, fecit.

ORDINE, quód *negatio* tum *affirmatione*, tum etiam *negatione* constat. Liquet autem, *quod ex alio est, post illud futurum, ex quo est*. Præceptum Principis, 6. libro Topicorum, capite 3. & crebró aliàs.

Ecce, cur Princeps 1. libro Peri-hermenîas, capite 4. primam enuntiationem *affirmationem* appellauit. Quòd, scilicet, *affirmatio*, quàm *negatio*, quadruplici nomine prior est. Sic profitetur Aristoteles 1. libro Posteriorum, capite 2. & 2. de Cœlo, textu 18.

Habes *prioritates*, quarum expressè meminit Philosophus. ¶ Sed nulla earum synonymiam soluit. Ostendo facilè. *Species* synonymæ sunt respectu generis, vti nemo iam est, qui inficias eat. Constat autem, non raró *speciem* inuenîri, quæ aliam præ-

cedat *dictis modis*. ¶ Nam *potentia*, & *habitus* apertè sunt *species qualitatis*, quæ diuersò opponuntur inter se. Constat autem, *potentiam naturalem* priorem esse *habitu* secundùm *omnes modos*. Scilicèt, *tempore*, *subsistentia*, *ordine*, *dignitate*, & *causalitate*. *Huiusmodi* ergo *prioritatum* nulla dissoluit *synonymiam*.

Quænam igitur *homonymiam* afferet? *Illa* dumtaxat, quæ *vocem prioris* in posterius transfert. Contingit enim, vt *prius*, & *posterius* vno quidem *nomine*; sed diuersa *ratione*, designentur. Sic transfertur *ens* à Deo in creaturas, vel à substantia in accidens; Sic *medicinale* à Medico incauterium. Sic *sanum* ab animali in diætam: *pes* in fulcrum: *visus* in mentem: *ridens* in amœnum; & *alia multa*.

Isthæc sunt nomina, quæ dicuntur *per prius*, & *posterius*. Non vtique, quòd significatorum *vnum* præcedat, sequatur *alterum*: sed, quòd *translatum nomen*, non vnà cunctis

(quod

(quod accidit *synonymis*) sed priùs *vni*, quàm *alteri*, imponatur. Namque *nomine visus*, *sensus* primò, multò post *intellectus* dictus fuit. Quî hoc, nisi, vt diuersa *impositione*, sic etiam *homonymè*, aut sub *diuersa ratione*, signarentur? Namque, vt sub vna ratione *plura* designentur, *vna* sanè *impositio* satis est.

Ecce, aliud est significare *prius*, & *posterius*, aliud verò *per ipsa*. Eovsque certè, vt semper *istud*, nusquam verò *illud*, homonymiam pariat.

Hoc, obsecro, notaueris: vtpote, in quo vel *disertissimi hominum* corruerint. Namque Alexander, & Philoponus, nobiles admodùm Enarratores Aristotelis, hallucinati planè sunt. *Ille* quidem 1. libro de Priori Analysi, cap. priori: *iste* verò 1. libro Posteriorum c. 2. Putarunt enim *diuisionem enuntiationis* in affirmantem, & negantem, non esse *generis in species*, sed *nominis homonymi*, in diuersas rationes designatas. Obinde maximè,

quòd *affirmatio*, quàm *negatio*, prior natura citra dubium sit. Probassent optimè, si, vti *affirmatio* prior naturâ, quàm *negatio*, esset prius sic enuntiatio diceretur. Non enim qualiscumque prioritas *homonymiam* affert; sed ea solùm, quæ *vnitati rationis* inimica est.

CRISI.

Ieci iam prima, sustinendum pono.

RESPONDEO PRIMO. *Diuisio enuntiationis* in affirmantem, & negantem, apertè est synonyma, & per se. Doctrina est communis: & probatur. *Affirmatio*, & *negatio* essentialiter enuntiant: illa *esse*, ista *non esse*. Qui ergo synonymè in *enuntiando præcisè* non conuenient? *Diuisio* igitur apertè est synonyma, & per se.

RESPONDEO SECVNDO. *Diuisio enuntiationis* in affirman-

mantem, & negantem, non est *speciei in indiuidua*; sed *generis in species*. Doctrina est multorum: & probatur. *Affirmatio*, & *negatio* plùs sanè differunt ab se, quàm *plures affirmationes*, *negationesuè*. Constat autem, *duas affirmationes*, *duasuè negationes*, ne accidenti quidem; sed numero, differre, vt *singularia*. *Diuisio* igitur *enuntiationis in communi* in affirmantem, & negantem, ne *speciei in indiuidua*; sed *generis in species*, existimanda est.

PARATHETA.

Isthæc suppositis consectaria hærent.

PRIMVM EST. *Præcisam rationem enuntiationis* ex æquo inesse *affirmationi*, & *negationi*. Patet ex dictis. *Ratio superior* tunc sanè ex æquo inest *inferioribus*, cùm vna in omnibus ratione est. Monstraui hactenùs, *affirmationem*, & *negationem* synonymè coî-

coire in *enuntiando*. Ratio ergo *enuntiationis in communi* ex æquo inest *affirmationi*, & *negationi*. Nusquàm enim, *quod vnum est in pluribus*, inæqualiter eis inesse poterit. Namque *vnitas nullam sanè imparitatem patitur*: vt in *Sanctissima Triade* videmus.

SECVNDVM EST. *Affirmare*, & *negare*, ne affectus quidem esse *enuntiationis in communi*; sed *differentias essentiales*. Id profectò, quod affatim innuit Aristoteles, capite 5. *Categoriarum*, versus finem. Dixerat ibi, *proprium esse substantiæ, vt eadem numero manens sit susceptiua contrariorum*. Idque, non extrinsecùs; sed *intrinseca potiùs mutatione sui*. Obiecit statim in doctrinam. Scilicet, *proprietatem hanc*, nedum substantiæ; sed etiam *enuntiationi*, conuenire. Quód, vna prorsus manens, modó sit vera, modó falsa. Retulit Princeps, *enuntiationem* susceptricem sanè contrariorum esse: non vtique *mutatione sui*; *sed mutatione*

tione alterius. Scilicèt, *mutata re ipsa*, quam enuntiat. Namque hæc enuntiatio *Petrus sedet* vera quidem est, *sedente Petro*. Quæ tamen hoc solo quidem falsa redditur, *quòd Petrus exurgat*, *&* *deambulet*. Quòd si Philosophus quoquomodò putasset, *affirmationem*, & *negationem affectus esse eiusdem orationis*, non vtique veritatem, & falsitatem; sed *affirmationem*, & *negationem*, obiecisset. Et soluisset difficilè. Namque, si *affirmare*, & *negare*, ne differentiæ quidem speciales; sed *affectus contrarij enuntiationis* essent: *eadem numero manens enuntiatio, foret susceptrix contrariorum*. Idque non extrinsecùs; sed *intrinseca prorsus mutatione sui*. Namque *enuntiatio* non affirmat, vel negat ab extrinseco; sed *interna significatione*, quā denuntiat. Vnde, *affimatio*, & *negatio* potiùs sunt proprissimæ *differentiæ enuntiationis*, quàm *affectus illius alternantes*.

TERTIVM EST. *Enuntiationem*

tionem in communi optimè sanè definiri posse, sine descensu ad *differentias*. Patet ex dictis. Namque *affirmatio*, & *negatio* in eo planè conspirant, *vt enuntient*. Cur ergo enuntiatio non finiâtur, quoties *oratio enuntians* cogitetur? Rursus, *affirmatio*, & *negatio* hòc ipsò perfectè definientur, quòd *esse* illi, *non esse* isti, supponantur.

Sed *enuntiatio categorica*, quo, obsecro, pacto definiêtur, sine *descensu ad differentias*? Scilicèt, *enuntiare de alio*, vel *ab alio*. Noueris, si attendas. *Affirmationes*, & *negationes categoricas* in eo synonymè coîre, *vt enuntient de alio*. Hoc tamen maximo discrimine. Vt *esse* illæ, *non esse* istæ, de subiecto enuntient, *Esse eum animal*, enuntiamus de homine, dicentes. *Homo est animal*. *Non esse eum animal*, enuntiamus de homine, dicentes. *Homo non est animal*. *Negatio* ergo, & *affirmatio*, nedum in *enuntiando*; sed in *enuntiando de alio*, conspirarint. Vnde *enuntiatio categorica*

gorica sic vtique *in communi* definienda erit. Idque, sine *differentijs specialibus*, quibus species illius definiuntur. *Enuntiatio simplex* est *oratio*, *nedum enuntians*; *sed de alio*.

Categorica est oratio enũtiãs de alio.

Sed qui definiêmus *hypotheticam*? *Negatione* profectò *differentiæ*, qua definitur *categorica*. Sic enim illam definîeris. *Enuntiatio composita* est *oratio*, *enuntians profectò*; *sed non de alio*. Mos est Philosophis, vt diuidant, definiántque, *negationibus differentiarum apparentium*. Tunc, scilicet, cùm *differentiæ propriæ*, & *positiuæ*, aut innominatæ sunt, aut *incompertæ*. In corpoream, & incorpoream, *substantiam* diuidunt. Dissecant *corpus* in animatum, & inanime. *Viuens* partiuntur in sensitiuũ & non sentiens. In rationale, & brutum distribuêrunt *animal*. ¶ Ecce, quibus negationibus diuiserant, eisdem omnino definituri essent. Quod *diuisio*, ne aliud quidem esse putanda sit, quàm *instrumentum logicum*, *quo recta definitio inuestiganda est*.

Hypothetica est oratio enũtiãs nõ de alio.

Idẽ est brutũ, quod irrationale.

Diuisio instrumentũ est definitionẽ inueniẽdi.

Prop-

Propter *definitionem* enim *diuisio* est. Quocirca (docuit Aristoteles) definitio *specierum* sola diuisione *generis* inuenienda erit. Quid ergo mirum, *enuntiationem hypotheticam* negatione prefata definiamus?

Definitio diuisione quaeritur.

Postemus forsitan *positiuè* vtramque definire. Hoc fortè continget, si dicamus. *Catigorica* est, *oratio logica simpliciter enuntians*. *Hypothetica* est, *oratio logica enuntians compositè*. Sed *his* longè sanè illustriores *praedicta* sunt.

L Y S I S

Soluo sophismata, vnde dubium solui

PRIMVM SIC. Aristoteles, in *enuntiationem definiendo*, eó profectò *disiunctione* vsus est, vt definiret simul, ac diuideret. Nouit enim inter *enũtiationem in communi*, & *species eius*, praecisam rationem enuntiandi. Namque, dum altera earum enuntiat *esse*, altera

altera *non esse*, fit inde consequens, vt coëant *ambæ* in *enuntiando*. Est ergo *enuntiatio*, oratio enuntians: affirmatio *esse*: oppositum *negatio*: simpliciter *simplex*, aliter *composita*.

SECVNDVM SIC. Regula Aristotelis (superiùs dixi) ne semper quidem; sed plerumque dumtaxàt, vera est. Id profectò quod vel ipse nouit. Obinde namque 6. libro Topicorum, capite 3. sic instituit. *Euenit interdùm, vt diuersa genera, quæ sub eodem genere ponuntur; easdem omnino differentias habeant. Est enim bipes differentia gradientis, & volantis, quorum vtrumque sub animali est.*

TERTIVM SIC. *Præcisa ratio enuntiationis* non exercet *actus* in se se; sed signat, vel adunat. Vt autem, non exercens; sed *signans eorum* concipiatur: nequaquàm opus est, vt ab *esse*, & *non esse* quippiam ratione vnum præcidamus. Hæc si rectè noueris, ne ampliùs

qui-

quidem *decipulis nouatorum* irretiendus eris.

QVARTVM SIC. Sola illa prioritas synonymiam soluit, quæ in causa est, vt *nomen commune* sub diuersa ratione designarit. Diximus superiùs, *prioritatem illam*, qua compositam *simplex*, negationemque *affirmatio*, præit, nusquam profectò inhibuisse, *quominùs in enuntiando conspirarent.*

CAPVT QVARTVM.

DE DEFINITIONE.

SECTIO CAPITIS.

INTENTIO fuit, essentiam, & naturam definitionis logicæ explicare. Tria præstiti. ¶ *Primùm*, definiui definitionem in communi, diuisique in essentialem, & accidentalem. ¶ *Secundò*, definitum quo

quoque definiui. ¶ *Tertiò*, adduxi præcepta definiendi.

PERIOCHA TEXTVS.

1 D*Efinitio logica* sic solet vulgò definiri. *Definitio est, oratio explicans naturam, aut proprietatem rei*. Quæ duplex est: *essentialis*, & *accidentalis*. Essentiam *illa* explicat, proprietatem *ista*.

2 *Definitum est, cuius est definitio*. Id est, *illa res*, cuius *naturam*, vel *proprietatem* explicamus.

3 Quatuor sunt præcepta rectè, & artificiosè definiendi. ¶ *Primum*, & *potissimum est*, vt *definitio*, & *proprium genus*, & *reciprocam differentiam definiti*, explicet. ¶ *Secundum est*, vt *definitio*, ita sit propria *definiti*; vt mutuô cum *illo* conuertatur. ¶ *Tertium est*, vt *definitio* breuis oratio, atque succincta sit. ¶ *Quartum est*, vt in *definitione* nihil omnino desit, nec supersit.

ILLVSTRATIO TEXTVS ACROAMATICA.

RELICTA MAGISTRIS EXOTERICA.

PRO *illustratione textus* quatuor veniunt discutienda. ¶ *Primum*. *Nomen definitio* quid primùm in *rebus*, quid pòst in *notionibus*, signarit. ¶ *Secundum*; quænam orationes possint definitiones appellari.

¶ *Ter-*

¶ *Tertium*, quam definitionem venemur in præsenti, quid ipsa sit, & quotuplex.
¶ *Quartum*, quid definitum sit, & quotuplex.

NOMEN DEFINITIO *quid Primùm in rebus, quid pòst in notionibus, signarit.*

PRIMVM SIC. Verbum *definire* ex *de*, & *finio* compactum est. Idem ergo significat Latinè, quòd Græcè *horizin*. *Horizo* autem illud profectò Græcis est, quod *termino* Latinis. Idest, quod statuo limites, circumscribo rem, limito, determino, discerno, dirimo. Hac ratione imperia, prouinciæ, diœcêses, prædia, horti, & quæcumque aliæ res, quæ certis, & in-

terpositis metis separantur, definiri dicuntur. Eò inde *verbum* tractum fuit, vt proinde modó res etiam ancipites, & dubias definire dicamur, quòd eas determinamus, ac decernimus. ¶ Ecce, cur senatus consulta, legum decisiones, Conciliorùmque decreta, definitiones passim vocitamus. Quód in eis inter bonum, & malum; æquum, & iniquum; verum, & falsum, quosdam scopulos, ac veluti limites præscribimus, vt *illa* ab *istis* planè separemus.

Ecce, idem in rebus *definire* sonuit, quod *terminum signare*, *limitem ponere*, quo res ipsas à rebus separemus. Hinc factum est, vt *definitio* nihil priùs in rebus designarit, quàm *actum illum*, quo huiusmodi terminum præscribimus. ¶ *Definitio* ergo non tam est terminus præscriptus, quàm *præscriptio termini*. Id est non terminus; sed *terminatio*: *limitatio*; non limes. *Actio*, scilicet, qua limitem præscribimus, vt quippiam ab alio separemus.

Hinc

Hinc planè noueris, *nomen definitio* quanta ratione, & analogiâ, ad *illam orationem* translatum fuerit, *qua essentiam rerum, vel proprietatem earum* explicamus. Quod, scilicet, *essentiam rei*, aut *proprietatem illius* explicantes, nihil aliud *præstare* videamur, quàm *illum ipsi terminum præscribere*, quo ab alijs omnino separatur. Namque, qua essentia res est, eâdem non est, quod aliæ sunt. Vnde *essentiæ rerum* simillimæ sunt *terminis*, quibus res separamus, & finimus. Id ipsum de *proprietatibus* existimandum erit. *Oratio* ergo, qua *essentiam rei*, aut *proprietatem* illius explanamus, *definitio* à Logicis optimâ metaphorâ *nuncupata* fuerit. Est enim *præscriptio*, aut *designatio termini*, *qua res definita separatur*.

SED OBIICIES. Aristoteles 1. libro Topicorum, capite 4. & crebrò alias, *definitionem quidditatis*, non vtique terminationem; sed terminum potiùs appellauit. Dixit enim, *quatuor esse prædicata topica: genus, terminum*

Quatuor prædicata topica.

minum, proprium, atque *accidens*. *Definitio* ergo non tam est *præfixio termini*, quàm *terminus præfixus*.

Respondeo tamen, Aristotelem Græcè non scripsisse *horon*; sed *horismon*. Horismos autem, si propriam significationem spectemus, non significat *terminum præfixum*; sed *præfixionem termini*. ¶ Sed *Interpretes*, cur *horismon* Græcè, *terminum* Latinè; non autem *terminationem*, vocitarunt? Vt clare innuerent, Aristotelem, inter *prædicata topica*, non tam *definitionem*, quæ præscriptio est termini, quàm *explanatam essentiam* numerasse. *Essentia* namque est, quam de *definito* prædicamus; non autem *oratio*, qua *essentiam illius* exhibemus.

Constat autem, *essentiam explanatam longè termino præfixo similiorem esse, quam præfixioni termini*. Interpretes ergo rectè *horismon* in terminum verterunt. Quòd Aristoteles, nomine *definitionis*, vel *horismu*, non hîc *orationem*; sed *essen-*

tiam

tiam signatam intellexerit. Idem profectò fecit aliàs. Namque 4. lib. Metaphysicorum, textu 28. sic scripsit. *Definitio ratio quadam est, quam nomen significat*. Sumpserit etiam nomen pro oratione. Sic planè fecit 1. libro Topicorum, capite 4. & libro 7. cap. 2. Dixit enim, *definitionem* nihil profectò aliud esse, quàm *orationem quamdam, quod quid erat rei significantem*. Primo libro Magnorum Moralium, capite 2. oportere dixit, *vt essentiam rei definitio referat*. Primo etiam libro Topicorum, cap. 4. sic scripserat. *Omnis definitio est oratio; non autem omnis oratio definitio*. Denique 1. libro Peri-hermenias, capite 4. vt doceret, *definitionem per se sumptam* non sanè esse enuntiationem, ni *verbum* adijciamus, non eam *horon*, vel *horismon*; sed *logon* de industria nominauit. Innuens, scilicet, se se inibi non sanè agere de *definitione* pro essentia *sumpta*; sed de *oratione* tantùm, qua *ipsam essentiam* patefacimus.

mus. Idem prorsus innuit, cùm frequenter aliàs, *definitionem* nec *horon*, nec *horismon*; sed *horisticon logon* vocitabat: Idest, *sermonem definitiuum*. Illum, scilicet, quo terminum præfigimus. Idest, quo *essentiam*, vel *proprium* explicamus. ¶ Sumpsit aliquando pro *cognitione mentis*, qua *explicatam essentiam* apprehendimus. Namque 2. libro Posteriorum, textu 2. *definitionem quamdam substantiæ cognitionem esse*, disertis omnino verbis professus est.

Logos horisticos.

Oratio definitiua.

QVAENAM ORATIONES *possint definitiones appellari.*

SECVNDVM SIC. Vocamus iam definitiones *complures orationes*. ¶ PRIMO illam, qua *essentiam* cuiusque patefacimus: vt *animal rationale*. ¶ SECVNDO illam, qua *genus*, & *passionē*: vt

vt *animal aptum ad ridendum*. ¶ *TERTIO* illam, in qua, præter genus, plura etiam vel communia accidentia coaceruamus : vt *animal bipes*, & *implume* . Descriptio *hominis* putatur hæc. ¶ *QVARTO* illam, in qua, præter genus, oppositas differentias, adæquatè genus diuidentes, sub disiunctione collocamus : vt *corpus rationale* , *vel irrationale* . Descriptio *animalis* putatur hæc . ¶ *QVINTO* illam, qua nec *genus*, nec *differentiam* explanamus ; sed *alia* pro ipsis substituimus : vt *ens perse* . Descriptio *substantiæ* putatur hæc . Hùc spectant illæ, quibus vel *transcendentia* declaramus . Sunt huiusmodi. *Ens* est, quicquid apprehendimus. *Reale* , cuius rata existentia non repugnat. *Notionale*, impossibile apprehensum. Illud, scilicet, cuius rata existentia repugnantiam implicat. *Vnum* est ens indiuisum. Id est, indistinctum à se, & distinctum ab alijs. *Bonum* est, cuius nihil est extra . Id est, cui, vt sit, quod est, nihil deest.

¶ *SEX*-

¶ *SEXTO* illam, qua vel rem singularem separamus: vt *homo Stagirites, Nichomachi Medici ex Phestiade filius, Alexandri Magni Praeceptor, & Peripateticorum Princeps*. Descriptio Aristotelis absque dubio est. ¶ *SEPTIMO* illam, qua sub metaphora quippiam interdum assignamus: vt *imago mortis*, *furor breuis*. Somni *illa*, irae autem *ista*, descriptio est. Cecinit Ouidius. *Stulte quid est somnus, gelidae nisi mortis imago*. Horatius cecinit. *Ira furor breuis est, &c.* ¶ *OCTAVO* illam, qua effectum per causas internoscimus. Definimus interdum, per materiam: vt *animal erecta mole praeditum*. Per formam interdum definimus: vt *animal spiritali, & subsistenti animo completum*. Ambae sunt definitiones hominis. Interdum finîmus per efficiens: vt *ictus alicuius ad aliquid in aliquo*. Sic Princeps *sonum* definiuit 2. libro de Anima, capite 8. textu 18. Sic etiam *vocem* definimus. *Sonus factus ab animali,*

Libro 2. Eleg.

Libro 1 Epistolar.

Libro 2 de Anima, capit. 8.

mali, ictu aëris, respiratione attracti. Sic eclypsim Solis. *Interpositio Lunæ inter Solem, & terram*. Sic eclypsim Lunæ. *Interpositio terræ inter Solem, & Lunam*. Per finem quoque definimus alias: vt *animal beabile*. Aliquando finimus per exemplar: vt *animal factum ad imaginem, & similitudinem Dei*. Ambæ sunt assignationes *hominis*. Potest quandoque res omnium causarum congerie definiri. Sic hominem rectè describemus. *Homo est animal ex corpore erecto, & ex subsistenti animo constatum, factum à Deo ad imaginem, & similitudinem ipsius, & in æternam beatitudinem.*

POSTREMO, *definitio* etiam nominari potest, quæcumque *historica narratio*, aut *poëtica descriptio*, quantocumque verborum apparatu constet, dummodò in eis, ita *res ipsas* separemus, vt cum singulis rebus *singulas orationes conuertamus*. Talis fortan est *descriptio illa gloriæ, quam Tullius attulit*. Scripsit enim.

Gloria

Gloria est, quae breuitatem vitae posteritatis memoriâ consolatur: quae efficit, vt absentes adsint, mortui viuant: cuius denique gradibus etiam homines in Cœlum videntur ascendere. Sic etiam historiã circunscripsit. *Historia est testis temporum, lex virtutis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis*. Talis etiam est Maronis illa, qua, ex similitudine motus naturalis, sic quoque famam describebat. *Fama malum, quo non aliud velocius vllum: mobilitate viget, viresque acquirit eundo*. Talis quoque est, qua Salomon, diuini spiritus afflatu, leuem transfugam, inconstantemque Religionis desertorem, sic depinxit. *Homo Apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat*. Ne tamen toruitatem huius, truculentiàmque, multùm (quod fieri solet) horrescamus, tremulam pauidorum tolerantiam animans, sic adiecit. *Huic ex*

Pro. 6.

Pro. 6.

extemplò veniet perditio sua, & subitò conteretur, nec habebit vltrà medicinam.

Eccè *definitio nostra* in eo tota erit, vt oratio sit, illum terminum in definito explicans, quo prorsus ab alijs separetur. ¶ Sed *definitionem in communi*, cur, obsecro, Princeps non finîerit? Quòd *ratio eius* adeò latè patet, vt, præter *definitionem essentialem, descriptionem proprietatis*, & *alias succinctas orationes*, quibus Philosophi res suas commodè internoscunt, & *narrationes metaphoricas*, *fusa poëmata*, & *prolixas historias*, comprehendat. Nisi mauis (quod verum arbitror) toties Aristotelem *definitionem in genere* explanasse, quoties *horiſticon logòn* vocitarit. Est *logos horiſticos*, quod *oratio separans*.

Logos horiſticos definitio: ſt definitionis in communi.

QVAM

QVAM DEFINITIONEM venemur in præsenti, quid ipsa sit, & quotuplex.

TERTIVM SIC. *Definitio* nihil aliud esse putanda est, quàm *oratio separans*. Illud, scilicet, in *definito* explicans, quo ab vniuersis alijs separatur. Quî aliter *definitio*, idest, *assignatio*, *præscriptioùe finis* diceretur? Necunde ergo meliùs *species definitionum* dignoscemus, quàm ex *ipsis terminis*, quos *res definientes* assignamus. Vocamus *terminum*, quocumque ab alio quodque separatur. Res autem à rebus *duobus* præ alijs discernuntur: *essentia*, & *proprietate*. *Essentia* est, quam *ea oratione* propalâmus, in qua *genus*, & *differentiam* exhibemus. Sic *essentia hominis* in eo est, vt *animal rationale se ipso sit*. Quid erit *proprietas*? Illud profectò acci-

Oratio horistica.

accidens, quod *huiusmodi essentiam*, nedum perpetuò; sed necessariò etiam comitatur. Sic *proprium hominis* in eo est, *vt sit animal aptum ad ridendum*.

Sed *proprietas* dupliciter potest explicari: essentialiter, & secùs. Tunc explicamus *eam essentialiter*, cùm essentiam illius patefacimus. Contingit hoc, cùm dicimus. *Risus est aptitudo hominis ad ridendum*. Debet enim *passio* per proprium subiectum definiri. Sic planè docuit Aristoteles, 6. libro Topicorum, capite 3. cùm scripsit hæc. *Definitio vitiosa est, si per alia subiecta passionem finiat, quàm per illa, quibus inesse solùm, nata est. Oratio* ergo *hae*, ne vtique hominis *descriptio* est; sed *definitio risus*. Vt ergo, non *proprietatem hominis*; sed *hominem* per *passionem* definiamus, sic sumus *ipsum* descripturi. *Homo est animal aptum ad ridendum*. Sic namque fit, vt *oratio ista* non sit *definitio* proprietatis; sed *descriptio* hominis. Non enim dicimus, quid passio sit;

sed

sed hominem esse, qui eam habet. Illud profectò, quod satis est, vt hominem *à brutis* perfectissimè omnium separemus.

Definitio (idest, oratio logica, quæ terminum signantes, quippiam ab alijs separamus) quòad præsens attinet, duplex est: *essentialis*, & *accidentalis*. ¶ Essentialis est, qua *essentiam*, & *quidditatem* explanamus: vt *animal rationale, aptitudo illius ad ridendum*. ¶ Accidentalis est, qua *genus subiecti* proprietati speciei subesse dicimus: vt *animal aptũ ad ridendum, viuens sensitiuum*. In prima, *partes essentiales*; in secunda verò, *genus*, & *proprietatem* explicamus.

Duplices sunt *essentiæ partes*: physicæ, & metaphysicæ. Physicæ dicuntur, quæ, cùm necessariæ, & essentiales sint, re ipsâ inter se, & *ab essentia explicata* distinguuntur: vt *materia*, & *forma*. Dicuntur *metaphysica*, quæ, cùm essentiales, & necessariæ sint, inter se, & ab essentia, ne re ipsâ quidem; sed solâ ratione sepa-

separantur: vt *conuenientia*, & *discrepantia*. ¶ Proinde autem *materiam*, & *formam* partes physicas nominatas arbitror, quòd *vniuersum corpus naturale*, quod proprium *obiectum* Physiologiæ est, fit ex eis. Habes *obiectum Physicæ, partesque eius*, quas ex instituto *Physicus* venatur. ¶ Proinde etiam *genus*, & *differentiam* partes metaphysicas appellatas censeo, quòd *vniuersa substantia*, quæ *obiectum* metaphysicæ absque dubio est, fit ex eis. Habes iam *proprium obiectum Methaphysicæ, partesque eius*, quas *Metaphysicus* rimatur. ¶ Habes indidem *proprias definitiones vtriusque*. Hinc definitio essentialis duplex est, *physica*, & *metaphysica*. In prima *materiam*, & *formam* explicamus, *genus*, & *differentiam*, in secunda.

Sed *definitio in communi* quo pacto, obsecro, definienda fuerit? *Oratio* certè, *illum sanè terminum in definito explicans, quo ab alijs omnino separetur*. Ne aliud quidem pro-

 fite-

fitebatur Aristoteles, cùm *definitionem* orationem horisticam vocabat.

Hæc autem in primis duplex est: *breuis*, & *prolixa*. ¶ Breuis est, qua *quid*, *qualisuè res sit* breuiter, ac dilucidè explicamus. Talis ea est, qua Philosophi, aut *materiam*, & formam; aut *genus rei*, & differentiam eius; aut *genus* certè, & *proprietatē* illius patefacimus. ¶ *Prolixior* est, in qua Rhetores, Oratores, Historici, & Poëtæ, nec tam breuiter, nec tam dilucidè *res suas* describūt, ac dignoscūt.

Rursus, *definitio breuis* duplex est: *essentialis*, & *accidentalis*. Hoc dumtaxàt inter vtramque differt, vt *essentiam* in illa, *proprietatem* in ista, declaremus. Definitio *prima*; descriptio *secunda* vocitatur. Quidni? *Nomen generis* (id sæpè aliàs vsu venit) *potissima specie vendicante*.

Definitiones conglobata.

Vnum hîc noueris: Verba, inquam, hæc *oratiò explicans naturam, vel proprietatēm rei*, ne simplicem quidem *definitionem* esse; sed *plures conglobatas*. Sic eas vocauit Aristo-

Aristoteles. Quòd, scilicet, cùm plures sunt, sic vtique in *vnam* conglobentur, vt non *definitio*; sed *glomus definitionum*, videantur. Sunt enim *ille verborum globus*, in quo *quatuor distincta* agglomeramus. *Optimam*, scilicet, *descriptionem generis*: *diuisionem illius in species*: & *definitiones specierum*.

Globus verborum, qui simul est definitio conglobās, & definitiones conglobata.

Ecce, verba hæc *oratio explicans naturam, vel proprietatem rei* tum *definitio*, tum etiam *definitiones*, appellari possunt. Hoc tamen discrimine. Vt, scilicet, vel *definitio conglobans* dicantur, vel *definitiones conglobata*,

QVID DEFINITVM sit, & quotuplex.

QVARTVM SIC. Cùm *definitio*, *physicè vsurpata*, idem omnino primitùs sonuerit, quod *præscriptio termini*: necessum inde fit, vt, inter

orationes, ad eam *translata*, ex ana-logia, fuerit, *qua*, sermocinantes, *rem quamuis* ab alijs separamus. Praefamus hoc (monebam suprà) cùm *essentiam rei*, aut *proprietatem illius*, explicamus. Namque *essentia*, & *proprietas* illi planè termini procul dubio sunt, *quibus* res separantur inter se, *quosque* definientes logicè signamus.

¶ Sicut ergo *illam rem physicè finimus*, cui, vt eam ab alijs separemus, *terminum* praescribimus: sic *illam logicè finire* dicimur, cuius, eam ab alijs distinguentes, *naturam*, vel *proprium* explicamus. Vnde, vti *logica definitio* duplex est: *altera*, qua essentiam; *altera*, qua proprietatem explicamus: sic etiam *terminus praefixus* duplex erit: *essentia*, scilicet, & *proprietas*.

¶ At *duplex definitum* ne proinde quidem existimandum sit; sed *vnum* potiùs, quod bifariam, vel *duplici termino*, finitur. *Essentialiter*, scilicet, & *accidentaliter*.

Ecce, cur Philosophus, *definitionem* diuidens, nusquam diuisit *definitum*.

tum. Quód, scilicet, vtriusque spaciei definitionis *vnum* dumtaxat *definitum* est. Diuiserunt Sophistæ in duo membra: in *proximum*, inquam, & *remotum*. Sed, vti superfluè, & sine fructu diuiserunt, sic etiam in *diuisione sua* declaranda, nihilò secùs delirârunt.

Dixit vnus, *nomen* & *rem* eâdem simul definitione definiri: *illud* proximè: remotè *istam*. Tu autem suspicito Aristotelem 2. libro Posteriorum textu 7. vbi sic scripsit. *Definitio vnum tantùm manifestat: scilicet, quidditatem rei*. Adiecit illicò. *Definitionem quid nominis, & definitionem quid rei, eamdem esse, inconueniens est*. Paulò inferiùs textu 9. sic planè instituit. *Definitionum quadam sunt quid rei, quadam sunt quid nominis*. ¶ Ecce Aristoteles *rem* simul, & *vocem* vnica, & eâdem definitione definiri, incommodum esse arbitrabatur, Idque iure. Quî namque *vnica simplex definitio* de re simul, ac voce prædicari, cum vtrâvis conuerti, atque vtramque

Iacobus Naver.

 que

que simul explanare, posset? Sic enim *definitio*(docet Aristoteles) cum *definito* habet.

F8 sect. libro 5. instit. capit8. Definitione speciei non definitur indiuiduum simpliciter; sed secundũ quid.

Dixit alius, *speciem* esse definitum proximum, *indiuidua* remotum. Adstipulabor ei, dum fateatur, *indiuiduum natura definita* non vtique simpliciter; sed *quoad aliquid* solùm definiri. Separatur enim ab *indiuiduis caterarum*: secùs ab *ijs, qua sub specie sua* collocantur. Quocirca *indiuiduum natura definita*, non vtique in *sese*; sed in *specie* solùm, definitur.

Villalpand. 1. libro Sũmular capit.5.

Dixit Nostras, *definitum* proximum, *definitùmque* remotum non distingui re ipsâ; sed quatenùs sic designantur, aliteruè. *Definitum* ergo (ait iste) tunc erit proximum, cùm tale *ipsum* nominamus, quale definimus. Idem remotum erit, si, quàm definitur, alia ratione designetur. Scienti ergo, sub qua ratione rem suam *vnaquaque vocum* designarit, facillimum erit, vtrumque definitorum renocâre. Qua propter *defini-*

definitum proximum huius definitionis *animal rationale* HOMO proculdubio futurus est; *remotum* RIDENS. Pariter, *definitum proximum* huius definitionis *animal aptum ad ridendum* RIDENS citra dubium futurum est; remotum HOMO. Quòd, scilicèt, *vtraque vox* designet animal: *homo*, vt rationale; *ridens* verò, quà ridendi capax. Sed hac doctrina obinde profectò non delector, quòd simul sit apocrypha, & inutilis. Non enim illâ eget, quisquis nouerit, *speciem* & definiri posse, atque describi. Definitur (suprà dixi) cùm *essentiam illius* explicamus; describitur, cùm *proprium*.

OBIICIES. *Definitio* in genere rectè vtique diuiditur, in *definitionem*, & *descriptionem* in specie. *Definitum* ergo, in *definitum*, & *descriptum*, quî minùs rectè definietur? ¶ Respondeo tamen, esse longè disparem rationem. Namque *definitio*, & *descriptio* nullo modo coincidunt in vnum: cùm tamen, quicquid de-

 finitur,

definitur, idipsum continuó describatur. Quò fit, vt *diuersitas definitionum logicarum* nusquam *diuersitatem definitorum* arguat. Quid ergo? *Solam diuersitatem terminorum.* Quòd vsu veniat, vt in vna rerum plures omninó terminos signemus. Id, quod in physicis nè raró quidem euenire cernitur.

Isthaec suppositis consectaria haerent.

PRIMVM EST. Nomen *definitio*, & primae *impositionis*; & secundae esse. Illud, quatenùs *eum actum physicum* significat, quo regná Principum, territoria vrbium, aut prædiola ciuium definimus. Istud verò, quatenùs ad *illam orationem* translatum est, cuius interuentu, *essentiam*, vel *proprium* explanamus. Verùm autem *rei* simul, & *notionis nomen sit*, aliunde nouetis.

SECVNDVM EST. Aristotelem

telem, ne solùm quidem *definitionem*, & *descriptionem* definisse; sed etiam *definitionem in communi*. Patet ex dictis. Quidditas, & essentia *definitionis incommuni* in eo tota est, vt sit *oratio separans*. *Illum*, scilicet, *terminum* explanans, quo *res definita* vsquequaque distinguitur ab alijs. Constat autem in Aristotele versatis, sepè eum DEFINITIONEM NOSTRAM *logon horistikon* vocasse. Toties ergo *definitionem* definierit. Quòd *logos* Græcè idem Latinè sonet, quod *oratio*; *horistikos* autem, quod *determinans*.

Logos horistikos, id est, oratio horistica; termi-nū, scilicet, præfigēs rei.

TERTIVM EST. *Definitionem in communi* necessariò diuidi perse, in *essentialem*, & *accidentalem*. Patet ex dictis: Definitio essentiæ, & descriptio proprij pariter sunt *oratio horistica*: quis eat inficias? Rursus, quà forma sunt *hoc*, eâdem sunt *tales* perse se. Quid ergo deerit, quò genus sit *illa*, species *ista*?

Itidem quoque diuidetur, in *definitio-*

nitionem nominis, & *rei*. Sic eam diuisit Aristoteles 2. libró Posteriorum, textu 9. vti vidisti suprà.

Est *definitio nominis*, qua nondum rem ipsam designatam; sed *significationem nominis*, exprimimus; vt *vox positione significans, cuius nulla pars separata significat*. Sic Aristoteles *nomen* finiuit *in communi*, potuitque *in specie*. Tunc ergo *nomen*, non autem *rem designatam*, definimus, cum *significationem vocis* explicamus. Id profectò, quod bifariam exequi solemus. Scilicet, aut *etymologiam*, & *originem vocis* exprimendo, aut *significationem* dicendo sine ètymo.

Tunc primo modo definimus, cùm ita exponimus. Consul est, *qui Reip. consulit*. Sol est, *qui inter reliqua astra solus lucet*. Fides est, *qua fit, quod dicitur*. Abstemius est, *qui abstinet à temeto*. Exul, *extra solum*. Assiduus, *dans asses*. Locuples, *loculorum plenus*. Pecuniosus, *diues pecorum*, aut *copiosus pecudum*. Mulier

lier, *mollis aër*. Homo, *ex humo*. Et multa huiusmodi. *Quam* sane *explicationem* Cicero in Topicis notationem, & veriloquium appellauit. *Symbolon* vocauit Aristoteles, quod latinè est *nota*. *Etymon*, aut *etymologiam* nominarunt Græci. ¶ Aduerterim, ne semper quidem *Etymologos* definitores esse. Quando autem definiant, quando secùs, ex *ipsa natura definitionis* colligendum est.

Tunc autem secundo modo definimus, cùm, posito nomine pro genere, propriam significationem explicamus. Possumus etiam integram definitionem nominis inserere. Rectè enim *nomen hominis* definiemus sic. *Homo est nomen hominis*. Clariùs ita. Homo est *vox*, *naturam humanam positione significans*, *sine tempore*, *cuius nulla pars separata significat*.

QVARTVM EST. Rectè Aristotelem dixisse, vnius rei vnicam tantùm definitionem esse. Sic ipse docuit 6. libr. Topicorum capite 7. & libro 7. cap 2. Scripsit illic. *Non sunt*

sunt plures definitiones eiusdem definibilis. Scripsit isthic '. *Impossibile est, vnam definitionem duorum esse, aut duas vnius*. Patet ex dictis. Namque *definitio* in eo tota est, *vt explicet essentiam*. Constat autem, cuiusque rerum vnicam dumtaxàt essentiam esse.

Sed quo pacto *eamdem omnino rem* modò physicè, modo methaphysicè, sub hâc, vel illa ratione definimus? Optimè profectò. At Aristoteles eas solum diuersas definitiones arbitratur, quibus *diuersos terminos* præfigimus. Octauo libro Metaphysicorum, textu 15. sic scripsit. *Definitio est vna: non coniunctione; sed quia vnius*. Idem dixisset in præsenti. Scilicet, *quotquot orationes* eàmdem hinc inde naturam explicant ne plures quidem; sed *vnicam definitionem*, putandas esse.

Dici fortè posset, Aristotelem de sola *definitione methaphysica* loquutum fuisse. Sed addendum est, nusquam eum negasse, *eiusdem rei plures defi-*

definitiones dari posse; *sed eiusdem omnino definibilis*. Id profectò, quod re, verboquè, longissimè aliud citra dubium est. Sæpè namque, ipsum eamdem omnino rem pluribus definitionibus explicuisse, constat. Naturam, animam, actionem, passionem, & complures alias. Huc respiciebat Aristoteles 1. libro Topicorum, capite 4. cum scripsit ita. *Rectè ostenditur, definitionem non esse alicuius, si ostendatur, diuersum istud esse illi, cuius est definitio. Non tamen conuertitur. Quia, licèt ostendatur, quippiam esse vnum alteri, proinde tamen, definitionem eius conueniri illi, non ostenditur*. Perinde sunt hæc, acsi dixisset. Quæ diuersa sunt, *diuersas definitiones* habitura erunt: non tamen *vnam*, quæcunque vnum. ¶ Ecce, *eiusdem omnino rei plures definitiones esse posse*, lubens fatetur Aristoteles. Negat tamen, *vnam esse plurium*. Idque meritò. Quî namque *diuersorum vnica* dumtaxat *essentia* foret? ¶ Non tamen proinde inficia-

ficiaretur, *plures descriptiones eidem omnino definibili accommodari* posse. Ita planè supponere videtur, 5. libro Topicorum, capit. 2. Sic enim scripsit. *Si plura propria eiusdem speciei quoquomodo assignentur, nisi declarentur esse plura, vitiosa quidem assignatio futura est.* Idem antea fecerat, 1. libro Posteriorum, textu 22. Namque ibi, *fabricam demonstrationis* ex instituto tractans, sic scripsit. *In demonstrationibus eas passiones proprij subiecti demonstramus, quæ essentiam ipsius comitantur.*

CAPVT QVINTVM.

DE DIVISIONE.

SECTIO CAPITIS.

INTENTIO fuit, naturam, & essentiam diuisionis logicæ explicare. Duo præstiti. ¶ *Primùm*, diuisionem logicam finiui, ea etiam explicans, quæ in diuisione reperiuntur. ¶ *Secundò*, adduxi præcepta diuidendi,

PERIOCHA TEXTVS.

1 DIVISIO Logica nihil aliud esse putanda est, quàm *oratio perfecta, qua in partes subiectas totum concretum dispertimur*. Duo minimùm in *diuisione* reperiuntur: *diuisum*, & *partes*. Diuisum

ulsum dicitur, quodcumque superius in inferiora sua dispertimur. Dicuntur partes *inferiora* ipsius.

2. Quatuor sunt præcepta rectè, & artificiosè diuidendi. ¶ *Primum*, & potissimum est, vt *diuisum* verissimè dicatur, de *qualibet parte*, in quam diuiditur. ¶ *Secundum* est, vt *diuisum* latiùs multò pateat, quàm *singulæ partes diuisionis*. ¶ *Tertium* est, vt nulla pars *diuisi* sit pars alterius. ¶ *Quartum* est, vt *partes diuisi*, aut re, distinguantur, aut ratione.

ILLVS

ILLVSTRATIO

TEXTVS

ACROAMATICA;

RELICTA MAGISTRIS

EXOTERICA.

PRO *illustratione textus*, duo veniunt discutienda. ¶ *Primum*, quid diuisio significet in rebus, quot inde in Logica. ¶ *Secundum*, diuisio nostra quotuplex.

QVID DIVISIO SIGNI-ficet in rebus, quot inde in Logica.

Diærin

PRIMVM SIC. *Diuidere* Latinè, *Diairein* Græcè, idem primò sonuit, quod *totum in partes distribuere*. Hinc factum est, vt *diuisio* Latinè, *Diæresis* Græcè, *illum actum* primò designarit, quo totum in partes dissecamus. ¶ Habes iam, quid primum in *rebus* nomen *diuisio* designauit: Dicamus superest, quot inde in *vocibus* significare soleat.

Ergo vox *diuisio* ad illam orationem translata est, qua partes totius assignamus. Migrauit ad mentem, dum voce hac *illam* quoque *notitiam* designamus, qua partes totius internoscimus. ¶ Exequimur hoc; cùm ita dicimus. *Hominis*, vna pars est corpus, alia spiritus. Vel ita. *Hominis*

minis vna pars est caro, alia os. Vel istò pacto. *Humanitatis* duæ sunt partes: animalitas, & rationalitas. Quot ergo sunt *tota*, totidem sunt & *diuisiones*. Est autem *totum* triplex: *logicum*, *physicum*, & *methaphysicum*. Hinc etiam *diuisio* triplex est: *logica*, *physica*, & *methaphysica*.

Logica est, qua *totum logicum*, in eas partes rationis dispertimur, quas intellectus præbet ei. Et, quoniam *totum logicum* duplex est: *vniuersale*, & *prædicabile*: ideo *diuisio logica* duplex est: *vniuersi*, & *prædicati*. Quî autem differant, tunc planè noueris, cùm à totô confuso, & prædicabili, *totum vniuersale* internoscêmus.

Physica est, qua *totum physicum* in eas rei partes dispertimur, quas rata natura præbet ei. Et, quoniam *partes reales* plures sunt: ideo multiplex est *diuisio physica*. Quædam partes dicuntur essentiales: quædam integrales: aliæ homogeniæ: aliæ heterogeniæ. ¶ Dicuntur essentiales

materia, & *forma* (potentia, & actus ab Aristotele vocantur) vt *corpus*, & *anima*. ¶ Dicuntur integrantes, quæ ita totum integrant, vt *neutra* sit materia, neutra forma: vt *manus*, *pes*, *caput*. ¶ Dicuntur homogeniæ, aut similares, quæ eiusdem sunt nominis cum toto: vt partes terræ, & partes aquæ. Vtriusuis etenim *quæquis pars* terra; aut *quæuis* aqua est. ¶ Heterogeniæ, aut dissimilares appellantur, quæ alterius sunt nominis, quàm totum: vt manus, pes, caput. *Nullam* namque *istarum* vocamus hominem; sed *illud solum*, quod ex illis, & alijs integrascit.

Metaphysica est, qua *totum metaphysicum* in eas partes rationis dispertimur, quas intellectus præbet ei. Et quoniam compositorum *illud solum* totum metaphysicum appellandum est, quod ex *conuenientia*, exque *discrepantia rationis* coalescit; ideo *pars metaphysica* duplex dumtaxàt absque dubio erit. *Conuenientia*, scilicet, differentiis, & *differentia* con-

conuenientis. Erit ergo totum metaphysicum, *quicquid vnum sit pluribus in vno, aliò ab eis necessariò differens*. Sic *humanitas* ex animalitate, & rationalitate coalescit, èxque humanitate, & hiccitate *Petrus*.

Ecce, quot *genera partium*, tot erunt *species diuisionis*. Nos autem, omissis alijs, solummodè disputamus in præsenti, de *diuisione logica*. ¶ Hæc autem, vt *totum diuisum*, duplex est. *Vna* est diuisio totius vniuersi; *alia* verò totius prædicati. *Illam rationem* totum vniuersale nominamus, *quam* apprehendimus in *pluribus*, mente *eam* à differentijs *eorum* separantes. Vocamus totum prædicabile; non vtique *rationem communem*, quam præcidimus; sed *eam habens*. Verbi gratiâ. Est *humanitas* totum vniuersum. Est namque ratio hominis, quam ab *hiccitatibus eorum* mente ipsâ præcidimus in *singulis*. Est *homo* totū prædicabile. Ex *humanitate*, scilicet, explicita, exque *differentijs implicitis*, compactum. Vn-

de fit, vt *humanitas*, quæ est totum vniuersum, & *homo*, qui est totum prædicabile, multùm ab inuicem apprehensione distent. Namque *humanitas* non vtique est apprehensione Petrus; sed vna pars Petri, *quam* mente nostrâ præcidimus ab *altera*. Est autem *homo* apprehensione Petrus: *humanitatem* quippe exprimens, *Petritatem* confundat, atque implicet. Quo fit, vt *humanitas*, & *homo* verè profectò; sed diuersè, de *Petro* prædicentur. Incompletè *humanitas*, & tamquàm *pars subiecti*: completè *homo*, & tamquàm *totum*. Fit itidem, vt *humanitas*, & *homo*, postquam vnum sunt, eoùsque diuersè apprehendantur: vt *illa* in singulis, *hic* autem non vtique in singulis; sed *singula* esse, cogitentur. Sicut enim *materia*, vtpotè pars illius re ipsâ sit, in materiato quidem re ipsa est; secùs *materiale*, quod, quippe totum, non in materiato; sed materiatum est: sic ratio *hominis*, quæ *hominitas* foret appellanda,

standa, vt potè pars illius ratione fit, in Petro quidem apprehenſione eſt; non item *homo*, qui, quòd totum ſit, potiùs quidem Petrus, quàm in Petro eſt. Huius autem præclaræ doctrinæ Ariſtotelicæ *ſtupida ignorantia* quot eximia Claſsicorum dogmata garritores meos & mirari, & irridere, cogat, indecurſu noueris.

Ergo *huiuſmodi tota*, ne re ipſâ quidem; ſed mera ratione diſtinguuntur. Diuerſitas autem, eàque rationis, in eo tota eſt: *vt totum vniuerſum*, non vtique multa; ſed in multis ſit: at *prædicabile*, non vtique in pluribus; ſed plura, eſt. *Ambo* profectò, quippe vnum ſunt eis, verificantur de *inferioribus*. Sed logico diſcrimine. Namque *totum vniuerſum*, quippè in eis apprehenſione eſt, non prædicatur completè; ſed, *vt pars*: at *prædicabile*, vtpotè re, & ratione, illa eſt, *completè* affirmatur, &, *vt totum*.

Ecce, *vtriuſque totius* eædem omnino partes ſunt. *Inferiora*, vide li-

cet. Sed diuersè habent. Adunantur namque in *toto vniuersali*, quod quippè à differentijs earum separetur, cum præcisione designatur. Confunduntur omnino in *prædicabili*, quód, quippe à differentijs earum non abstrahitur, eas etiam inuoluit, atque implicat. Sic *humanitas* illud solum designat, quod abstrahimus, nihil omnino confundendo. Exprimit *homo*, quod præcidimus, confundendo *reliquias*.

Humanitas nihil confundit; implicat homo differentias.

Ecce, cur *humanitas* nomen abstractum vocitetur, concretum *homo*. Scilicet, quód abstractam *illud*; confundentem, & implicantem, rationem *hoc*, significet. Obinde aliás totum explicitum *rationem abstractam* nominaui; *confundentem* implicitum

Ecce, cur S. Thomas dixerit, *naturam humanam* dupliciter posse designari. Scilicet, cum *præcisione*, & sine *illa*. Vt exinde constet, quàm illi stupeant, qui in Ecclesiam Patres, & Concilia *naturam hominis* nomine concreto *nullo* vsquam *mo-*

do

do significandam censent. Sed in hos, & pares (resipient ingenui) opportuniùs aliàs disputatùrus ero.

Habemus iam, *totum vniuersale*, & *totum prædicabile*, quæ vna res sunt, quo pacto dissideant interse. Dicamus superest, sintnè in *suas partes* vno, & eôdem modo diuidenda.

Et dicendum est, *huiusmodi tota*, apprehensione mentis fabricata, longè diuerso modo diuidenda fore. ¶ Namque *vniuersale* sic erit diuidendum. *Humanitatis*, alia pars est *Petrus*, alia *Paulus*. *Animalitatis*, alia pars est *homo*, alia *equus*. ¶ Longè aliter *totum prædicabile* diuidendum est. Scilicet, prædicando partes diuisionis de toto, quod diuidimus.

Nec putandum est, satis omnino esse ad diuidendum, *partes de toto prædicare*. Non enim diuisisset, qui dixisset. *Homo est Petrus*, *homo est Paulus*. *Animal est rationale*, *animal est brutum*. Diuisio ergo nostra in eo erit, *vt partes de toto* prædicemus. Non vtcumque *suscepto*; *sed nota*

diuer-

diuersitatis coarctato. Tunc igitur *diuidemus*, cùm dicamus. *Hominum, alius est Petrus, alius Paulus. Animalium, vnum est rationale, brutum aliud*. Perinde sunt hæc, acsi dicamus. *Alius homo est Petrus, alius Paulus. Aliud animal est homo, aliud equus.*

Ecce, vt *totum confusum*, aut *prædicabile* logico more diuidatur, non satis est *partes de toto prædicare*; sed requiritur vltrà, vt *totum implicitum* notâ diuersitatis coarctetur. Vnde *nota diuersitatis*, quâ totum diuisum coarctamus, ne minùs quidem *diuisionem* complet, quàm *coniunctio illatiua* consequentiam. Cum ergo dicimus, orationem perfectam *diuisionem* esse, *in qua totum confusum prædicabile dispertimur in partes, vel subiecta*, perinde sanè est, acsi dicamus, *enuntiationem quamdam esse, in qua de toto confuso prædicabili, nota distinctionis, & diuersitatis coarctato, partes subiectas prædicamus.*

Vilialp. Idem fermè est, quod alij dicunt.

Oratio-

Orationem, scilicet, *diuisionem esse, magis commune, in minùs communia, dissecantem*. ¶ Dixi fermè. Quòd *definitio istorum* nonnihilò, quàm *nostra*, latior est. Namque (quod clarè vides) *vtriusque totius logici diuisioni* congruit: *vniuersalis*, scilicet, & *prædicabilis*. Fortè etiam conuenit *diuisioni nominis*: cum tamen nostra *soli diuisioni concreti* coaptetur.

Egimus hactenus de *diuisione rei*. Superest modò, vt de *diuisione nominis* agamus.

Sæpè vsu venit, vt non rem significatam; sed vocem significantem, diuidamus. Toties, scilicet, quoties in res homonymas *vocem homonymam* partimur. ¶ Sic namque diuidere solemus. *Canium, alius latrat, alius natat, fulget alius. Hominum, alius est viuus, alius pictus*. In quibus, & similibus, præter communia nomina, *nihil* in partibus est vnum. Cum ergo in *diuisione logica* illud in primis *diuisum* postulet, vt commu-

ne

ne sit partibus : fit inde consequens, vt in *diuisione homonyma*, non sanè rem; sed nomen duntaxat, diuidamus. Futurum est *diuisum* totum quoddam. *Totum* autem eâ ratione, qua *totum* est, ne *plura* quidem; sed *vnum* est. Sic planè docuit Aristoteles, 5. libro Metaphysicorum, capite 26. textu 31. Verba sunt hæc. *Totum dicitur, cuius nulla pars eorum abest, ex quibus totum naturâ dicitur: & quod continet contenta, vt vnum quid illa sint.* Parum infrà sic scripsit. *Tamquam totalitas vnitas quædam sit.*

Aristot.

Verba Aristot.

Vnum te hîc monendum, arbitror. Scilicet, *orationem logicam*, quam diuisionem nominis vocamus, in venerabili vsu Classicorum, ne diuisionem quidem; sed *distinctionem vocis*, appellari. Nec abs iure. Namque in *oratione*, in qua *solum nomen multiplex* partimur (rectè modo reculam expenderis) *nihil* profectò in partes distribuimus. Vllusnè tam vecors, vt *res significatas* particulas significatas

ni

ni cognominare ausit ? Aduerterit, si fuerit, in *distinctione nominis*, ne partes quidem homonymæ vocis internosci ; sed *multiplicem rem significatam* . Constat autem hominibus cordatis, *res significatas* non esse partes *signi*; sed obiecta.

Sed *distinctio nominis multiplicis* diuisio nominis, quo, obsecro, iure, nominatur? Ne *alio* quidem, quàm *analogia vocum* . Namque *distinctio nominis* (quis eat inficias?) multùm *illi* similis *diuisioni* est, qua *totum confusum* dispertimur.

Huius autem *distinctionis faciendæ*, si fortè *regulas* auscultare placeat, legito Aristotelem, 1. libro Topicorum, capite 13. Tradit ibi præcepta distinguendi . Quod *distinctio nominis multiplicis* vsqueadeò in disserendo necessaria est, vt in *ipso disputationis aditu* efficienda sit . Sic ille docuit 6. libro Topicorum, capite 5. Verba sunt hæc . *Homonymon, an synonymon, nomen sit, in principio disputationis quærendum est.*

Aristot.

Li-

Libro 1. Metaphysicorum, capite 7. textu 47. sic scripsit. *Nisi distinguatur multiplex, impossibile erit, principia illius inuenire.*

Sed super his, & alijs, legendus tibi erit Aristoteles, 1. libro Topicorum, capite 14. Et 2. capite 2. Et 8. capite 3. ¶ Quomodo autem *amphibolia* fiat, & soluatur, *primi* Elenchorum *tertio* prosequutus est.

DIVISIO NOSTRA *quotuplex.*

SECVNDVM SIC. *Diuisio totius prædicabilis*(hanc solam, relictis alijs, ex professo venamur)duplex in primis est: vna *per se*, altera *per accidens*,

Dicitur *per se*, quando, *ratio diuisi*, & *differentiæ partium* vnà partibus insunt per se primò. Tales sunt: qua *genus* in species, &, qua *speciem* in indiuidua, distribuimus. Tam enim

ge-

genus, quàm *speciales differentiæ* per se primò insunt *speciebus*. Pariter, tam *species*, quàm *differentiæ singulares*, per se primò insunt *indiuiduis*. Exinde patet hoc, quòd in singulis partibus sectionum, *ratio diuisi*, & *differentiæ partium* ex nullo accidenti desumuntur; sed ex *nuda substantia*, & *quidditate*. Hac ratione *diuisio animalis*, *in hominem*, & *brutum*, diuisio est per se. Namque *homo*, quà forma est *animal*, eâdem omnino & *rationalis* est. Idem iudicium habendum erit de cæteris speciebus animalis. Petrus etiam, quà forma, & quidditate *homo* est, ipsâ prorsus eâdem est & *hic*. Idem de cæteris existimandum erit.

Dicitur *per accidens*, quando *ratio diuisi*, & *differentiæ partium*, ne partibus insunt per se primò. Est huiusmodi, quà *commune subiectum* in diuersa accidentia dispertimur, aut in subiecta *accidens*. Præstamus hoc, cùm ita dicimus, Hominum, *vnus* est albus, *alius* ater. Alborum, *vnum* est

est Petrus, Paulus *alterum*. ¶ Ergo, in *diuisione accidentali*, vel *per accidens*, illud perpetuò absque dubio euenit, vt *ratio diuisi*, & *differentia partium*, ne vtique ab eodem; sed à *diuersis* omninò desumantur. Sic *album* vnâ formâ est homo, aliâ album. Sic *Petrus* vnâ forma est albus, aliâ Petrus.

Hæc autem *diuisio* triplex est: *subiecti in accidentia, accidentis in subiecta, & accidentis in accidentia*. ¶ Dicitur *subiecti in accidentia*, dum per eas fit formas, quæ accidunt *partibus diuisi*. *Illa* autem *forma* accidit subiecto, quæ non ingreditur essentiam eius, vt *risus*, & *albedo*. ¶ Dicitur *accidentis in subiecta*, cùm in eas fit partes, quibus *forma diuisi* planè accidit. Sic diuiditur *album*, in butyrum, sâcharum, & lac. Quòd *albedo* planè accidat istis, & non insit. ¶ Dicitur *accidentis in accidentia*, cùm omnes formæ accidunt: sua *diuiso*, suæque *partibus*. Sic diuiditur *album*, in durum, atque molle:

Cons-

Constat enim, *albedinem*, *duritiem*, & *mollitiem*, non inesse *substratis*; sed accidere.

Sed *diuisio colorati* in *candidum*, & *atrum*, vera duarum fore, putanda est? ¶ Sunt, qui dicant, per accidens esse; non per se. *Accidentis*, scilicet, *in accidentia*. Id profectò, quod ratione nostrâ ne inepte quidem persuaderi posset. Exinde, scilicet, quòd *substratis suis* omnes planè formæ accidentariæ sunt. Color, inquam, *albor*, atque *nigror*. ¶ Plures sunt, qui existimant, non esse accidentalem; sed per se. Et probant vrgentissimè. Exinde, scilicet, quòd sicut *albedo*, & *nigredo* species coloris necessariò sunt: sic *album*, & *nigrum* colorati. Namque vti *formæ*, sic secùm habent & *composita*.

Dubiũ.

Sed nos facillimè rixam dirimemus. ¶ Est profectò *per se*, generis, inquam, in species, si tam *diuisum*, quàm *partes eius*, accipiantur synonymè. Id est, pro *constituto ex subiecto*, & ex forma, *coalenti*.

Namque ita *coloratum* genus est, *album*, & *nigrum* species sunt. ¶ Aliter dicendum; si *diuisum*, & *partes*, non vtique synonymè; sed paronymè solùm, vsurpentur. Non, inquam, pro *tertio* ex materia, & ex forma, *concrescenti*; sed pro *subiecto*, accidentali formæ *substituto*. Constat enim, *formas accidentales*, quas exprimimus, non inesse *subiectis*; sed accidere. Namque *constituta* apertè sunt talia per se primò; *substituta* per accidens.

Notādū maxime

Ecce; vt *diuisio* sit per se, non satis est, rationem *diuisi*, & rationem *partis* ab *eadem omnino forma deriuari*. Quid ergo quæritur? Vt & insint *forma* per se primò.

Istbac

Isthac suppositis consectaria harent.

PRIMVM EST. Nomen *diuisio* & primæ impositionis, & secundæ, est. *Illud*, quatenùs *eum actum physicum* significat, quo *rem quantam* in partes dispertimur. *Istud* verò, quatenùs ad *illam orationem* translatum est, qua *partes totius* numeramus. Verùm autem *rei* simul, & *notionis* nomen sit, aliunde noueris.

SECVNDVM EST. Diuisionem illam, qua *diuisio in communi* in physicam, & logicam diuisa est, non eam esse *diuisionem*, quàm *distinctionem nominis*. Namque nomen *diuisio* non æque rem, vocémque significat; sed ex illa in istam ob *solam analogiam* translatum est. Constat autem, *metaphoram* semper inuoluerè homonymiam.

Diuisio homonymi distinctio dicitur

TERTIVM EST. Diuisionem oris apertè diuidi per se, in *lo-*

gicam , *physicam* , & *metaphysicam.* Scilicet, vt genus in species. Patet ex dictis. Ex æquo sunt *oratio diuidens*. Ne *forma* quidem *adiecta* sibi; sed *intrinseca*, *prima*, & *essentiali*. Eâ, scilicet, qua tales sunt. Conueniunt ergo, & differunt per se.

¶ Idem omnino dicendum erit, de *illa diuisione*, qua *nostratem diuisionem logicam* bipartitò diuisimus. Scilicet, in *diuisionem vniuersi*, & in *diuisionem prædicati*. Conspirant namque, ac dissident per se.

QVARTVM EST. Aristotelem 6. libro Topicorum, capite 3. & 2. libro de Partibus animalium, capite 3. cordatissimè omnium tradidisse, *negationem* reijciendam esse à *diuisione*. Patet ex dictis. Quia *diuisum* superius *partibus* futurum est. Constat autem, *negationem*, absolutè, & absque restrictione loquentium *vsurpatam*, extra *diuisum* etiam spatiari.

Ecce, Nauerus irridendus fuerit: quippe *animal* in hominem, & non homi-

hominem, tamquam in *propria membra*, diuidendum putet. Obinde, inquam, quòd *non homo* extra animalia etiam diuagatur.

Ecce, quàm rectè in textu dixerim, *diuisum* prædicandum esse de *singulis membris diuisionis*. Quòd futurum est totum prædicabile, quod, *subiecta* continens, verè vtique de *quouis eorum* affirmetur. ¶ Rectè quoque addidi, futurum esse, vt *diuisum* latiùs multò pateat, quàm *singula partes diuisionis*. Quòd, scilicet, *totum prædicabile* sic necessariò habet cum *subiectis*.

Sed cur prohibui, *vnum membrum diuisionis* subiectum alterius futurum esse? Proinde certè, quòd *totum logicum*, nisi abs fructu, semper est diuidendum *positiuè*. Tunc autem solum *positiuè* diuiditur, cùm *ratio diuisi* quippiam habet in *quolibet membro diuisionis*, quod remouendum sit in *cæteris*. Dubit.

Ecce, cur Philosophi in *ea membra*, quorum *vnum* superius sit, inferius Notādā

Ff 2

ferius *alterum*, nusquàm cernuntur diuisisse, Proinde, scilicet, quôd, licèt *ratio diuisi* quippiam profectò in *inferiori* habeat, quod in *superiori* remouetur: nihil tamen contrà in *superiori* habet, quod in *ipso inferiori* non retineat. Idcircò *diuisio animalis in hominem, & Socratem,* non solùm esset noua; sed inutilis. Namque, licèt *animalitas* vllum habeat in *Socrate*, quod remouendum est in *homine*: at in *homine* nihil profectò habet, quod remouendum sit in *Socrate*. Quocircà *diuisio animalis in hominem, & equum* longè profectò alia citra dubium erit, Proinde, scilicet, quòd *animalitas*, non tam *remotiuè*, quam *positiuè*, secaretur. *Quippiam* namque haberet in vtrouis, quo careret in altero.

CAPVT SEXTVM.

DE CONSEQVENTIA.

SECTIO CAPITIS.

INTENTIO fuit, explicare naturam consequentiæ. Tria præstiti. ¶ *Primò*, definiui consequentiam, ea planè explicans, quæ in consequentia reperiuntur. ¶ *Secundò*, diuisi consequentiam, in materialem, & formalem, diuisionémque explicui. ¶ Tertiò, antecedens, & consequens in veritate, & falsitate, quo pacto habeant, breui quoad potui declaraui.

(.?.)

PERIOCHA TEXTVS.

1 CONSEQVENTIA logica nihil aliud esse putanda est, quàm *oratio perfecta, vnum ex alio necessariò consequi, instituto significans.*

Tria minimùm in consequentia designantur. ¶ Est *primum* illud, quo posito, aliud quoque necessariò ponitur: vt *currit*. ¶ *Secundum* est, quod nequit non poni, priori posito: vt *mouetur*. ¶ Connexio sit *tertium*, vel necessitas, qua *secundum* cùm *primo* colligatur. Hæc est illa, quam coniunctione illatiua designamus: vt *si*, *ergo*, *quia*. Ergo in consequentia Logicorum tria, vt minus, constituenda sunt. Sunt ea hæc. *Signum* eius, ex quo aliud sequitur: *signum* eius, quod sequitur ex alio: & *signum* connexionis. Antecedens *primum*: consequens *alterum*: vocamus *tertium* notam illationis, &c.

2 Con-

2 *Consequentia* deinde duplex est; *materialis*, & *formalis*. Materialis dicitur, cuius dispositio ea est, quæ solùm teneat in aliqua materia: vt *currit, ergo mouetur*. Formalis est, cuius dispositio necessariò infert, in quacumque materia differamus: vt *omnis homo currit, ergo & aliquis*.

3 *Antecedens*, & *consequens* (docet Aristoteles) ita se se in *consequentia* habent, vt; si *antecedens* sit verum, tale etiam *consequens* extiturum sit. Possunt tamen esse *antecedens* falsum, *consequens*que verum: vt *omnis homo loquitur, ergo & aliquis*. Possunt etiam ambo falsa esse: vt *homo est equus, ergo irrationalis*.

Oo

ILLVS-

ILLVSTRATIO

TEXTVS

ACROAMATICA.

RELICTA MAGISTRIS

EXOTERICA.

PRO *illustratione textus*, duo veniunt discutienda. ¶ *Primum*, consequentia quid primùm in rebus designarit; quid pòst in Logica. ¶ *Secundum*, quot sint species consequentiæ.

CON-

CONSEQVENTIA QVID *primùm in rebus designarit, quid pòst in Logica.*

PRIMVM SIC. Sunt quędam res, quæ ita profectò habent inter se, vt, *vna* posita, necessariò *altera* ponenda sit. Sic habent *inferius*, & *superius*: vt homo, & animal: cursus, & motus: & huiusmodi. Namque, *inferiori posito*, necessariò *superius* ponendum est. Quî enim sine animali *homo* esset, & *cursus* sine motu? Ergo *inferius*, & *superius* ita profectò habent inter se, vt, *inferiori posito*, necessarió *superius* ponendum sit.

Sunt aliæ res, quæ ita profectò habent inter se, vt, *vna* remota, necessarió *altera* remouenda sit. Sic certè habent *superius*, & *inferius*: vt animal, & homo: motus, & cursus: & huiusmodi. Namque, *superiori* remoto,

moto, vel ablato, necessariò & *inferius* remouendum est. Quî enim sine *animali* homo esset, & cursus sine *motu*? Ergo *superius*, & *inferius* ita professò habent inter se, vt, *superiori* ablato, necessariò *inferius* remouendum sit.

Sunt demùm aliæ, quæ ita profectò habent inter se, vt, *vna* posita, *alteram* remoueri necessum sit. Non vtique simpliciter; sed ab *aliqua re determinata*. Sic locum habent, quæcumque re ipsâ distinguuntur: vt Petrus, & Paulus: homo, & equus: candidum, & atrum. Rectè namque inferimus. Est *Petrus*, ergo non est Paulus: est *homo*, ergo non est equus: est *candidum*, ergo non est atrum. ¶ Ecce, posito *homine*, hoc ipso *equus* remouendus est. Non vtique *simpliciter*, & *vndecumque rerum*; sed à *ratione hominis*, qui ponitur.

Videri posset, superesse alias, quæ ita profectò habeant inter se, vt, *vna* earum quoquomodò remota, *alteram*

rerum statui necessarium sit. Sed huiusmodi *rerum combinatio* cuiusque profectò rara est, vt parum de illa satagendum fuerit. Rarò namque accidit, vt *esse vnius rei* cum *non esse alterius* colligatum sit. Tunc, inquam, solùm, cùm de *oppositis*, & *incompossibilibus* tractamus, ad *vnum* ea *subiectum* comparantes. Rectè namque inferimus. Non est *corpus sublunare* calidum, est ergo frigidum. Non est *album*, est ergo nigrum, aliòue mediorum *colore* affectum. Non est in materia *forma geniti*, adest ergo *corrupti*. Quòd vtique non proinde inferimus, quod *non esse* vnius *ipsum esse* alterius necessario inuehat; sed, quòd *natura rerum*, conditioue *subiecti talis est*: vt nequeat in ipso, vel *vtrumque oppositorum simul esse*, vel *abesse alterum*. Id circò *illud esse*, quod ex *non esse* videmur intulisse, districtè modò rem consideremus, potiùs sequitur *esse*, quàm *non esse*. Forsitan ergo *combinatio hæc* ad *primam rerum classem* reuocanda erit.

His

His prælibatis, facilè iam erit *quæstiunculam nostram* enodare.

Nomen *consequentiæ* illum primò actum olim in rebus significasse constat, *quo aliqua rerum aliam sequitur*. Est huiusmodi, quo ducem miles, & quo dominum *seruus* comitatur. ¶ Translatum inde fuit, vt *prædictas rerum connexiones*, & *necessitates* designaret. Sic malè arguentibus *antecedens*, & *consequens* fatemur; sed diffitemur *consequentiam*. Cur ita? Quia, licèt *verum* præsumat, atque colligat; *illatum* tamen non sequitur *præmissum*. Sic fit in ista. *Virgo mortua fuit; ergo surrexit*. Concedimus *vtrumque*: *antecedens*, scilicet, & *consequens*: quis iret inficias? Impunè tamen negamus *consequentiam*. Cur, quæsò, ita? Quòd *resurrectio* Virginis, *mortem* ipsius non vtique necessitate; sed *voluntate Dei*, sequuta fuit.

Ecce, *consequentiam negare*, non est *negare consequens*. Sæpè namque negamus *consequentiam*, vbi delictum est

est *negare consequens*. Sæpè etiam ibi *consequutionem* damus, vbi nec *antecedens*, nec *consequens* fatemur. Sic fit in ista. *Est homo equus; ergo & hinnit*. Cur, quæso, ita? Quòd *hinnitus* connexus omnino est *naturæ equi*. Quid igitur fatemur hîc, negamus illîc? *Solam* profectò *connexionem*. *Consequentia* ergo illò protracta citra dubium fuerit, vt *connexionem rerum* designarit.

Migrauit vltrà vox, ad illumque sermonem translata est, *quo connexionem istam designamus*. ¶ Hinc factum est, vt Philosophi *eam enuntiationem* consequentiam nominent, *quæ ex triplici signo coalescit*. Videlicet, ex signo *antecedentis*, ex signo *consequentis*, exque signo postremò *connexionis*. ¶ Nec *sola oratio* nomen sibi ex *ipso significato* vendicauit; sed & *partes eius*. Namque vocamus antecedens: & *rem illam*, ex qua alia sequitur; & *vocem*, qua illam denotamus. Vocamus etiam consequens: & *illam rem*, quæ aliam

sequi-

sequitur; & *vocem*, qua illam exhibemus. ¶ Quinîmò *vox ista* Logicis eousque profectò diducta cernitur, vt & *pro collectione mentis* vsurpetur. Sed *collectio mentis* (propriè modò loqui studerêmus) *ratiocinatio*, *ratio*, vel *illatio*; non item *consequentia*, appellitāda fuisset. Proinde, scilicet, quòd (si propriè loquamur) *res* consequitur; *vox* significat, & *intellectus* infert.

In præsenti ergo, nec de *consequentia rei*, nec de *illatione mentis* disputamus. De qua igitur? De illa oratione; *qua consequentiam rerum exhibemus*.

Hæc autem id inprimis in essentia habet, vt sit *oratio coniunctione vna*. *Hypothetica* vulgò nominatur. Constat enim ex *nota antecedentis*, & ex *nota consequentis*, coniunctione illatiuâ *copulatis*. Vt exinde constet, rectè nos eam definisse, cùm in textu diximus. Consequentia est *oratio*, *vnum ex alio necessariò consequi instituto significans*: vt si currit,

rit, mouetur. Sunt genera ipsius *oratio* in genere, *enuntiatio* in communi, & *hypothetica*. Quid ergo *propria* ipsius *differentia* fuerit? Nihil profectó aliud, quàm *significare connexionem*. Conuenit *illis* per se primó, cum alijs speciebus orationis: *hac* differt ab illis per se primó. Itidem ergo definitur. ¶ Habes iam quid: ausculta quotuplex.

QVOT SINT SPECIES *consequentiæ.*

SECVNDVM SIC. *Consequentia* primùm triplex est: *conditionalis*, *causalis*, & *rationalis*. Exempla sunt. Si currit, mouetur: quia currit, mouetur: currit, ergo mouetur.

Vnum te hîc moneri cupio. Scilicet, *conditionalem*, & *rationalem* solùm differre ex accidenti. Exinde, scilicet, quòd *illa* coniunctione conditionali, *ista* verò rationali, cons-

et. *Coniunctio* autem *conditionalis* hoc solo vno à rationali differt: vt ex *antecedenti* eam veritatem, aut falsitatem tollat, quam nusquàm suspendit *rationalis*. Hoc autem discrimen non vtique ex *forma*; sed ex *materia*, nascitur. Exinde constat hoc, quòd in rebus signatis *eamdem* omnino *connexionem* denotant. Nam, sicut ista est exacta consequentia, *si Angelus est equus, est & corpus*: hæc etiam est optima, *Angelus est equus, ergo & corpus*. Immò nulla *consequentia rationalis est*, quæ *conditionem* non inuoluat. Namque ista rationalis *equus est homo, ergo intellectiuus*, obinde profectò bona est, quòd æquipolleat isti. *Si equus est homo, necessariò intelligit*. Differentnè specie, quæ *eamdem* enunciant *connexionem*? Minimè profectò. Quòd, scilicet, *ratio essentialis consequentiæ* in eo tota sit, vt *consequentiam rerum* manifestet. Cùm ergo *connexio rerum* vna est, eodémque modo designatur, plusquàm voce cur *signa* differre,

differre, dicerêmus? ¶ Ecce, *ratione formali consequentiæ nudissimè omnium spectatâ*, vtporè tota est in *significatione connexionis*, conditionalis, & rationalis, ex accidenti sanè; nusquàm tamen different specie.

Differt tamen *causalis*, idque specie, à *conditionali*, & *rationali*. Duo namque petit, quò bona sit, idque perse primò, quæ *conditionalis*, & *rationalis* nulla ratione postularent. Petit primo, vt *antecedens*, & *consequens* sint vera. Exigit secundò, vt *antecedens* verè sit causa *consequentis*. Adijcit his, quod commune cæteris; Scilicet, vt *consequens* verè connexum sit *antecedenti*.

Ecce, in *prædicta diuisione* quæ tantùm species continentur. Proinde, scilicet, quòd in ea *primum membrum*, & *tertium* vnam solam rationem *consequentiæ* habeant. Eo namque solo absque dubio differunt, vt explicet *prima* conditionem, quam *tertia* implicat.

RVRSVS, *consequentia rationa-*

lis multiplex est: *æquipollentia, conuersio, vniuersalitas, communitas, syllogismus, enthymema, inductio, exemplum,* & *sorites.*

ÆQVIPOLLENTIA est, cùm ita arguimus, vt ex vna enuntiatione alteram æquipollentem colligamus: vt *omnis homo est animal, ergo nullus homo non est animal.*

CONVERSIO est, cùm ita arguimus, vt *appositum verbi* supponamus, apponamus *suppositum*: vt *nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est homo.*

VNIVERSALITAS est, cùm ita arguimus, vt ex enuntiatione vniuersali particularem inferamus: vt *omnis homo currit, ergo & aliquis.*

COMMVNITAS est, cùm ita arguimus, vt à *superiori* ad *inferius*, vel ab *inferiori* ad *superius*, procedamus: vt *non est animal, ergo non est homo: est homo, ergo est animal.* ¶ Et ... à *superiori* ad *inferius negatè; ab inferiori autem ad superius, affirmatè solùm, arguendum est.* Quòd

supe-

superius destruat; construat *inferius*.

SYLLOGISMVS est, cùm ita arguimus, vt ex *vnitate duorum* cum vno tertio, *vnitatem eorum* exeramus: vt *omnis homo est animal, omne rationale est homo, ergo omne rationale est animal*. Idem accidet, si *diuersitatem duorum* ex diuersitate cum *tertio* deducamus: vt *nullus homo est lapis, omne rationale est homo, ergo nullum rationale est lapis*.

ENTHYMEMA est, syllogismus truncatus, in quo *alteram propositionum* subticemus: vt *omnis homo est animal, ergo omnis homo sentit*. Supprimimus maiorem: *omne*, inquam, *animal sentire*. Sic tamen, vt, *ea explicita*, integer maneat *syllogismus*.

INDVCTIO est, cùm ita arguimus, vt, *ex pluribus enuntiationibus contentis*, continentem earum extricemus: vt *omne rationale sentit, omne brutum sentit, ergo & omne animal*.

EXEMPLVM est, cùm quippiam

ex alio ob similitudinem colligimus: vt *Crœsus*, & *Crassus ne in diuitijs quidem felicitatem inuenerunt, nullus ergo fuerit, qui eam in opibus inuènerit*. Par namque videtur vtrobique ratio, *Hae consequentia* paradigma Græcè, exemplum Latinè vocitatur. Quòd antiquitùs facta, & approbata specimen præbeant faciendorum.

SORITES est, cùm de *aliquo inferiori* exinde *superius* prædicamus, quòd sic prædicentur *intermedia*: vt *Petrus est homo, homo est animal, animal est viuens, viuens est corpus, corpus est substantia: est ergo Petrus de primo ad vltimum substantia*. Vnde autem *consequentia hæc vim, robur, & firmitatem habeat, aliunde nosces*. Vocatur vulgò *de primo ad vltimum*, *Græcè Sorites*, *Latinè cumulus*. Proinde; scilicet, quòd nec statutis, nec digestis vocibus concrescit; sed, quotquot intersunt, totidem possint coaceruari. Prodit fama, inuenisse Eubolidem, expolisse Chrysippum,

pum, ac tandem Socratem eâ fuisse vsum. Alij putant, Chrysippum, non politorem; sed inuentorem, fuisse. Sic Persius cecinit.

Inuentor Chrysippe tui finitor acerui.

Vnum tamen, ante quàm hinc discesseris, aduerte. Scilicet, *enthymema* ad syllogismum, *exemplum* verò ad inductionem, reducenda esse. Vt enim *enthymema* syllogismus est truncus, sic etiam *exemplum* inductio mutila.

TERTIO consequentia duplex est: *materialis*, & *formalis*. ¶ MATERIALIS dicitur, cuius dispositio solùm tenet in aliqua materia. Illa, scilicet, quæ ex sola mutatione terminorum infirmari potest, vt *communitas*. FORMALIS dicitur, cuius dispositio nusquàm non tenet, quoscumque in ea terminos assumpseris. Prædictarum autem *quales* materiales, *qualesuè* formales, existimandæ sint, ex *vtrarùmque rationibus* internoscendum est.

QVARTO, *consequentia* du-

plex est: *argumentatio*, & *non argumentatio*. ARGVMENTATIO est, quę constat argumento: vt *syllogismus*. Est autem *argumentum* (definiente Aristotele) *inuentum medium ad faciendam fidem*. Constat autem, *syllogismum* ex *medio termino*, qui argumentum dicitur, exque *duobus extremis* coalescere. Est ergo *argumentatio*. Namque *argumentatio* ab argumento dicitur. Exinde, scilicet, quód argumento constet. ¶ ALIA EST CONSEQVENTIA, quæ non est dicenda argumentatio: vti *æquipollentia*, vel *conuersio*. *Nullum* namque *medium* in *antecedenti* istarum collocamus, vt *consequens* probemus; sed idem ex eodem, mutatis dumtaxat vocibus, colligimus.

Quid sit argumentum.

Argumentationis quatuor solent species assignari: *syllogismus*, *enthymema*, *inductio*, *exemplum*. Omnesné argumentationes sint, necné, *rogator* viderit.

QVINTO, *consequentia* duplex est: *bona*, & *mala*. ¶ BONA dicitur,

quo-

quotiès *connexio*, quam significat, vt significatur, ita est. ¶ Dicitur MALA, quotiès *connexio*, quam significat, non ita est, vt designatur. Conueniunt ambæ in *significando connexionem*. Differunt exinde, quòd *connexio* subsistat, vel non item.

Ecce, vti *verum*, & *falsum* in *enuntiationibus*, & *iudicijs* habent: sic *bonum*, & *malum* in *consequentijs*, & *illationibus* habent se. Vt enim *enuntiatio*, quòd res sit, vel non sit, vera, vel falsa, citra dubium est: sic *consequentia* bona, vel mala, exinde solùm citra dubium est, quòd intersit *connexio*, vel non item. Vnde, sicut *enuntiationes*, veræ sint, vel falsæ, in eo pariter synonymè conspirant, *vt enuntient*: ita *consequentiæ*, bonæ sint, vel malæ, in eo etiam conueniunt essentialiter, *vt connexionem rerum patefaciant*. Vt enim, non solùm, quod est, *esse*, &, quod non est, *non esse*; sed etiam, quod est, *non esse*, & quod non est; *esse*, solemus enuntia-

re

re (documentum est Philosophi 1.libro Peri-hermenîas , cap. 4.) sic etiam, non solùm *connexionem*, quæ est; sed etiam, quæ non est, enunciare solemus.

Si ergo in *consequentia* nudam rationem signi respiciamus: *consequentia mala* , non vtique homonymè; sed proprijssimè, erit consequentia. Secùs tamen erit, si non tam *significationem*, quàm *connexionem rerum*, spectemus. Namque ita , illa *oratio* dumtaxát consequentia fuerit, cuius *consequens* ita connexum sit *antecedenti*, vt in *oratione* designatur.

Hinc conciliabis Aristotelem, siquandó contrarius videatur . Primo libro Topicorum, capite 1. sic scripsit. *Syllogismus litigiosus syllogismus est*. Subdidit statim . *Syllogismus, peccans in forma , non est syllogismus : licèt videatur esse* . Adiecit illico . *Syllogismus , qui est ex apparentibus probabilibus , non tamen subsistentibus , dicatur syllogismus litigiosus ; syllogismus verò minimè.*

nimè. Quoniam apparet profectò ratiocinari, sed non ratiocinatur. ¶ Recantasse videbitur in calce capitis. Namque ibi, syllogismo demonstratiuo, topico, aut probabili, litigiôso, & paralogismo definitis, nihil omnino dubitauit, quin *species* vocaret *syllogismi*. Verba sunt hæc. *Species igitur syllogismorum, vt summatim complecti liceat, sint dictæ.* Proinde sanè sic *Princeps noster* loquutus fuerit, quòd in *consequentijs* duo, præ ceteris, internoscenda sunt: *significatio*, & *veritas*. Quomodo autem habeant inter se; satis, superque dictum absque dubio est.

SEXTO, syllogismus, qui consequentiæ, & argumentationis potissima species perhibetur, quadruplex est: *apodicticus, topicus, pseudographus, sophisticus. Diuisio* est Philosophi, 1. libro Topicorum capite 1. Quò autem *eam* enodemus, *aliam enuntiationis* præmittamus.

Enuntiatio ergo duplex est: *necessaria*, & *probabilis*.

Ea

Ea enuntiatio necessaria dicitur, quæ ita profectò vera est, vt non possit esse falsa. Sunt huiusmodi *enuntiationes istæ*. *Quodlibet vel est, vel non est*. *Omne totum est maius sua parte*. *Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, sunt æqualia*. *Quæ sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se*. *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*. Istæ, & aliæ, *quòd omnium fermè disciplinarum communes* sint, *axiomata* Græcè, *maximæ*, vel *dignitates* Latinè, vocitantur. ¶ Supersunt aliæ, *quæ propria sunt quarumdam doctrinarum*. Sunt huiusmodi. *Prima elementa naturalium sunt, quæ nec sunt ex alijs, nec ex alterutris; sed omnia ex eis*. *Natura est primum principium, ex quo primo inexistenti generatur, quod gignitur*. *Omne animal rationale ridet*. *Omnis homo est animal rationale*. Istæ, & aliæ, vtpotè minùs pateant, quàm priores, nec *axiomata*, nec *dignitates* apellantur; sed *thæses* Grecè, Latinè *positiones*.

tiones. Habes *enuntiationes*, quas noster Princeps *apodicticas*, aut *demonstratiuas* nominabat.

Ea enuntiatio dicitur probabilis, cuius *enuntiatum* non est necessarium; sed probabile. Aristoteles 1. libro Topicorum, capite 1. sic *probabilia* patefecit. *Probabilia autem sunt, quæ videntur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus: & his, vel omnibus, vel pluribus, vel maximè cognitis, & probatis.* Aristoteles autem eò *probabilia* tot disiunctionibus explicuit, quò *probabilium* totidem gradus patefaceret. ¶ Sunt namque *nonnulla probabilia*, quæ videntur omnibus: vt *omnis mater diligit filium suum: obsequium amicos, veritas odium parit: malè parta malè dilabuntur. Respublica à probis, quàm ab improbis, melius regitur*: & alia huiusmodi; quæ nemo sanè est, qui non probarit: ¶ Sunt *alia*, quæ videntur plurimis, non tamen cunctis: vt *opes magno studio conquirendas esse: par pari referendum: in solo Deo sperandum*

Verba Arist.

ran-

randum; non autem in Principibus; & alia huiusmodi, quibus rarissimi sunt, qui contraueniant. ¶ Alia sunt, quæ cunctis sapientibus videntur: vt *bona animi præstantiora sunt, quàm bona corporis: melius esse ratione duci, quàm fortuna: præstare sapientiam cunctis opibus: tunc Rempublicam futuram esse felicem, cùm aut Reges sapere, aut sapientes regnare cœperint*. ¶ Supersunt alia, quæ, etsi non omnibus, plurimis tamen sapientibus, probantur: vt *animam rationalem esse immortalem: facilitatem non esse in voluptate: Rempublicam meliùs vno Principe, quàm plurium iudicio, gubernari: monarchiam commodiorem esse aristocratia*: & alia id genus, quæ communiora sunt inter sapientes. ¶ Sunt demum alia, quæ saltem videntur præstantissimis: vt *fuisse mundum ab æterno*, quod Aristoteles *satis* vtique *probabile* fecisset, nisi *orthodoxia* reclamasset: *omnia esse in perpetuo motu, nusquàm consistere, pereniter fluere, continenter*,

ter dilabi, & interire, quod docuit Heraclîtus: *non solùm amicos diligendos esse; sed etiam inimicos*, quod instituit Iesus, Magister noster. ¶ Siquæ autem sint; quæ non probentur pluribus; sed *vlli* dumtaxat *sapientissimo*: hæc vtique; non *probabilia*; sed *paradòxa* solùm nuncupantur: vt *omnia esse vnum*, quod senserunt Melissus, & Parmênides: *nihil moueri posse*, quod Zeno docuit: & *alia admirabilia*, quæ etiam à doctissimis, præter opinionem omnium, iactitantur.

His prænotis, facilè iam erit, *syllogismum apodicticum* à syllogismo *topico* dignoscere. ¶ Namque *apodicticus* necessariò fit ex *necessarijs*: vt *omne animal rationale ridet: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo ridet*. *Hunc* Aristoteles sæpè *apodixim*, interdum autem, vtporè Philosophorum ratio sit, *philosophema* vocitauit. ¶ Fit autem *topicus* ex *probabilibus*: vt *omnis*

mater

mater diligit filium : *Medèa est mater*: *ergo dilexit filios*.

Nec opus est, *syllogismum topicum* ex vtraque præmissa *probabili* constare. Contingit enim, vt ex *vna probabili*, exque *altera fiat necessaria*. Ecce, *rationem topicam*: quæ tamen ex *vtraque probabili* non constat, sed ex *maiori* probabili, & ex *minori* necessaria. *Qui vitia reprehendit, odium sibi hoc ipsò conflat* : *qui furta, & homicidia insectatur*, *reprehendit vitia* : *ergo*, *qui furta*, *& homicidia insectatur*, *odium sibi conflat*.

Sed de *syllogismo demonstratiuo*, & *topico* hucusque satis. Discutiamus, qui restant: *sophisticum*, scilicet, & *pseudògraphum*. Id profectò, quod facilè exequemur, si *propositiones eorum* prænoscamus.

Propositiones syllogisticæ duplices sunt. ¶ Quædam sunt, quæ videntur profectò *necessariæ* : sunt tamen *falsæ*, ni debito modo intelligantur. Sunt istæ huiusmodi. *Omnes lineæ ab eodem puncto in idem punctum ductæ*

sunt

sunt æquales. *Quorum circunscriptiones sunt aquales, ipsa sunt æqualia*. *Ex nihilo nihil fit*. *Cœlum omnia tegit*. *Omnia per Verbum facta sunt*. *Omne animal fuit in arca Noë*. Et complures aliæ. ¶ Supersunt aliæ; quæ videntur *probabiles*, & *topicæ*; sunt tamen *falsæ*: nec probabuntur Doctis, si districto iudicio examinentur. Sunt istæ huiusmodi. *Quisquis heri eras, is etiam nunc es*. *Quod ego sum, tu non es*. *Quicquid non amisisti, habes*. *Quas emisti, carnes comedisti*. *Quicquid nihil repugnat fieri, nihil id repugnat esse*. *Bonum non parit malum*. *Tu nouisti hunc hominem*. *Nosti Regem*. *Omnis canis latrat*. *Quod ridet, id habet os*. *Quod est inuisum, id est exosum*. *Quicquid est Aristotelis, id ipsum ab eo possidetur*. *Qui arat litus, terram proscindit*. Et complures aliæ. ¶ Ecce, *propositiones*, quas Princeps *sophisticas*, & *apparentes* appellauit.

Hisprænotis, facilè iam erit, *syllogismum sophisticum*, *syllogismumque*

pseudographum, tum inter se, tum etiam ab alijs, separare.

Sophisticus est, qui fit ex apparentibus. Tales sunt isti. *Quisquis heri eras, is nunc es : heri eras currens : ergo nunc curris. Quod ego sum, tu non es : ego sum homo : ergo tu non es homo. Quod non amisisti, habes : non amisisti cornua : ergo habes cornua. Quas emisti, carnes comedisti : emisti carnes crudas : ergo comedisti carnes crudas. Quicquid nihil repugnat fieri, nihil omnino id repugnat esse : non repugnat album fieri nigrum : ergo nihil repugnat, vt album sit nigrum. Bonum non parit malum : veritas est bona, odium verò malum : ergo veritas non parit odium. Tu nouisti hunc hominem : hic homo est Rex : ergo nouisti Regem. Nosti Regem : Philippus est Rex : Philippum ergo nosti. Quicquid ridet, id habet os : agellus ridet : igitur habet os. Quod est inuisum, id est exosum : Deus est inuisus : ergo Deus est exosus. Quicquid est Aristotelis, id ipsum ab eo*

 possi-

possidetur ; liber est Aristotelis : ergo ab eo etiam possidetur. Qui arat litus, terram proscindit : qui perdit operam, arat litus : ergo, qui perdit operam, terram proscindit. ¶ Ecce *syllogismos*, quos Aristoteles sophismata; litigiosos, aut contentiosos appellauit. Dicuntur *sophistici*, quatenus non vtique ad veritatem indagandam; sed ad venditandam sapientiam, adhibentur. Quòd *Sophisticæ* non sit vera sapientia; sed falsa, & simulata. Vnde *sophista* is certè solus ab Aristotele vocatur, qui quæstum facit ex *sophistica*. Dicuntur *litigiosi*, aut *contentiosi*, quatenus ad contendendum cum altero, victoriamque ex eo callidè, ac veteratoriè reportandam, accommodati sunt.

Quis sit Sophista ex Aristot.

¶ *Pseudographus* est, qui ex eis sanè propositionibus conflatur, quæ videri possent necessariæ; sunt tamen falsæ, nisi strenuè, & scitè coarctentur. Tales sunt hi. *Omnes lineæ ab eodem puncto in idem punctum ductæ sunt æquales : diameter, & semicir-*

culus sunt lineæ ab eodem puncto in idem punctum ductæ: ergo diameter, & semicirculus necessariò sunt aquales. Maior est falsa, etsi videri posset necessaria. Secùs autem, si scitè in Geometria coarctetur. Namque Geometræ tunc solùm veram putant, cùm *lineæ, ab eodem puncto in idem punctum ductæ*, per vnum spatium protrahuntur. *Quorum circunscriptiones sunt æquales, ipsa etiam sunt æqualia: triangulus, & quadrangulus, qui ex æqualibus lineis conficiuntur, habent æquales ambitus: sunt ergo pares, & æquales.* Concludit falsum. Propterea, scilicet, quòd inter figuras circunscriptione pares, quædam sunt maiores, minores aliæ, maxima circulus, minima triangulus, vt Geometræ monstrant. Maior ergo, etsi necessaria protinùs appareat, confestim negatur à Geographis. *Ex nihilo nihil fit: materia prima fit ex nihilo: ergo materia nihil est.* Concludit falsum. Proinde, scilicet, quòd *assumptum* Philosopho-

rum *theorema*, vt apud eos verum sit, non vtique in *creatione* rerum subsistentium; sed in *motibus physicis*, aut in *generatione* naturalium, intelligendum est. *Omne animal fuit in arca Noë: pisces, insecta, & quæcumque alia, ex putri materia sponte nata, erant huiusmodi: fuerunt ergo in arca*. Concludit falsum. Obinde, scilicèt, quòd *maior*, nisi exceptione accommodâ exponatur, nulla ratione vera est. *Omnia per Verbum facta sunt: Verbum est aliquid: Verbum ergo factum est per Verbum*. Concludit falsum. Quòd *dictum Ioannis* non est absolutè; sed cum exceptione, intelligendum. ¶ Ecce *pseudographus* nec ex necessarijs est, vt *apodicticus*; nec ex probabilibus, vt *topicus*; sed ex *principijs alicuius scientiæ*: ne rectè quidem; sed latiùs, quàm oporteret, *intellectis*. Legito Aristotelem 1. libro Topicorum, capite 1.

Putabit aliquis, *paralogismum*, quippe *pseudographus* (id est, falsus de-

scriptor) apellatur, ne aliunde quidem, quam ex *sumptionibus Geometriæ*, fieri posse. Veriùs dixerit, fieri posse in qualibet doctrina, tametsi *geometrico nomine* compellatus fuerit. Nulla namque disciplina citra dubium est, *cuius entalemmata* non ita possint malè intelligi, vt in *paralogem* inde prolabamur.

Demum *syllogismus sophisticus* triplex est: peccans in materia, peccans in forma, peccans in vtrâque. *Illud sophisma* peccat in materia, cuius *vna præmissa* falsa est, etsi probabilis cuipiam videatur. Tale est hoc. *Quisquid non amisisti, habes: non amisisti cornua: ergo habes cornua*. Hoc *sophisma* hoc solò peccat, quod probabilis *maior* videatur; sit tamen planè falsa. ¶ *Illud* peccat in forma, *cuius consequens* nullo modo *præmissis* connexum est. Tale est hoc. *Veritas odium parit: aliquod mendacium parit odium: ergo aliquod mendacium est veritas*. Hoc *sophisma* hoc solò peccat, quod *falsa conclu-*

sio

ſio nulla ratione *præmiſſas* conſequatur. ¶ *Illud ſophiſma* peccat in vtráque, in quo ex *aſſumpto falſo, & improbabili*, illud inde inferimus, quod nulla ratione connectatur ei. Tale eſt hoc. *Quicquid non amiſiſti, habes: habes hunc librum: non ergo illum amiſiſti.* Hoc *ſophiſma* tam in materia, quàm in forma peccat. Nec enim *maior illius* eſt probabilis, nec, ſi foret, vera exim *concluſio* redderetur. Poteſt enim haberi *liber*, qui, iamtum amiſſus, nuper inuentus, ac poſſeſſus eſt. ¶ Aduertetis *horum ſophiſmatum* illud ſolum bonam conſequentiam futurum eſſe, quod ne in *alio* quidem, quàm in *materia* peccat. Namque ſyllogiſmus *in forma* peccans (docet Ariſtoteles 1. libro Topicorum, capite 1.) non eſt *ſyllogiſmus*; ſed apparet.

Isthæc suppositis consectaria hærent.

PRIMVM EST. Nomen *consequentia* & primæ impositionis, & secundæ esse. *Illud*, quatenùs *eum actum physicum* significat, quo *vna rerum* aliam sequitur. Tum insuper, quatenùs *necessariam*, & *insolubilem* vnius rei cum alia *connexionem* denotat. *Istud* verò, quatenus ad *illam orationem* translatum est, qua *huiusmodi connexionem* designamus. Vtrùm autem *rei* simul, & *notionis* nomen sit, aliunde noueris. Idem prorsus dicendum est de *antecedenti*, & *consequenti*. Significarunt primò *res*, exindèque in *voces* commigrarunt.

SECVNDVM EST. Aristotelem, 1. libro Posteriorum, capite 17. scitissimè omnium tradidisse, *verum* non solùm ex *vero*; sed etiam ex *falso*, sequi posse. Patet ex dictis. Illud namque sequitur; quod.

quodcumque alteri connexum est. Constat autem, multa posse mente cogitari, quæ nequirent non esse, si alia forent. Sic enim modò contingenter loquor, vt loquuturus essem necessariò, quando *vniuersus homo* loqueretur. Sic etiam *platanus*, quæ arbor est, futura esset arbor, quandò *omnis homo* frutex, *platanùsque* homo quoquo pacto, forent. ¶ Quid putas hinc? *Veritatem consequentis* nulla ratione nasci ex *falsitate antecedentis*. Quî namque, *quod est*, nasceretur ex eo, *quod non est*? In huiusmodi ergo *consequentijs*, in quibus rectè *verum* colligimus ex *falso*, non tã inferimus, *quod est*, quàm, quod re ipsa foret, si re ipsa esset, *quod non est*. Vt exinde constet, non semper *consequens* effectũ esse *antecedentis*, nec *veritatem falsitatis*. ¶ Adjecit Aristoteles, *semper ex vero sequi verum*. Perinde hoc est, acsi dixisset. Licèt ex *falso verum sequi*, ne rarò quidem accidere cernamus: at èconuersò *falsum ex vero sequi*, prorsus repugnat *consequentijs*.

Proin-

Proinde, scilicet, quòd siquando accideret, vt *antecedens* esset verum, falsumque *consequens*: tunc *illatum* non esset connexum cum *præmisso*. Namque, *quod connexum est*, non esse nequit, eo existente, cui *connexum est*. *Consequentia* autem, si bona sit, in eo tota est, vt *consequens* connexum omninò *antecedenti* sit. *Connexum* veró illud duntaxat esse existimandum est, *quod nequit non esse, eo existenti, cui connexum est*. ¶ Ecce, in *bona*; & *efficaci consequentia* non vtique requiritur, quod interdum accidit. Vt, scilicet, *antecedens* connexum, & ligatum *consequenti* sit. Quód nequiret ita, *consequens* verum, & *antecedens* falsum, reperiri. *Quid* ergo requiritur, *futurum satis*? Vt nequeat *consequens* falsum esse, vtcumque *antecedens* verum sit. Sed vnde hoc? Exinde sanè, quód in *legitima*, & *recta consequentia* non *antecedens* consequenti; sed *consequens* antecedenti, *connectendum* sit. ¶ Hæc Aristoteles sæpissimè. Primo libro Prio.

Priorum, capite 2. sic instituit. *Falsum non sequitur ex veris.* Primo libro Posteriorum, capite 21. textu 43. & 8. libro Topicorum, capite 4. sic scripsit. *Nusquam falsum ex vero sequitur; rectè autem verum ex falso interdum.*

Ecce *tritum* illud *vulgatum* Logicorum, *ex vero non nisi verum, ex falso autem aliquando verum, aliquando falsum*, nec falsum, nec apocryphum; sed ex Philosophorum Principe desumptum, est. ¶ Ecce, *frequens* illa *consequutio* eorum, *consequentia est legitima, antecedens verum, ergo & consequens*, tenax est, & optima. ¶ Ecce *enthymema*, quo crebrò Logici consueuêrunt vti, *consequens est falsum, ergo & antecedens*, efficax omnino, ac necessarium est. Tria profectò, quæ hoc ipsó logicè monstrabimus, quòd pro *argumento, medioue apodixis*, ne aliud quidem, quâm *consequentiæ rationem* collocemus. Hæc autem (sæpe dixi) in eo prorsus est, vt *nequeat consequens*

Totaratio bona consequentiæ.

quens falsum esse , *vtcumque antecedens verum sit*. Obinde certè, quoties aliter habent, vtroque concesso, *consequentiam* negare consuēscimus.

TERTIVM EST. *Syllogismum* non sanè diuidi per se, in *apodicticum*, vel demonstratiuum; *topicum*, vel dialecticum; *sophisticum*, vel captiosum; *pseudographum*, vel fallacem. Patet ex dictis. Namque *diuisio per se* (sæpe diximus) ne aliunde quidem desumenda est, quàm ex *forma essentiali*. Constat autem, *prædictos syllogismos* solùm differe materialiter. Exinde, scilicet, quòd ex his *propositionibus*, illisuè efficiantur.

Non ignoro, quin *syllogismus sophisticus* in forma etiam peccare soleat. At *forma hac* non constituit *illum* speciem orationis; sed, vti supra dixi, extrinsecùs omnino absque dubio venit. Exinde, scilicet, quòd *connexio* subsistat, vel non item. Quocircà, si *huiusmodi formam* spectemus, *syllogismus formalis* sic profectò habet cum *informi*, vti *verum* cum *fal-*

falso in orationibus. Cæterùm, si ad *solam significationem* attendamus, *memorati syllogismi* vix profectò different per se. Conspirant namque, idque synonymè, in *significando connexionem*, sit ipsa in rebus, vel non item. Specialis ergo *differentia eorum*, ne aliunde quidem desumenda erit, quàm ex *diuersitate designandi*.

QVARTVM EST. Aristotelem 1. libro de *Priori Analysi*, capite priori *illam solum syllogismum* definiisse, qui optimus est *ratione formæ*. Eum, videlicet, *cuius consequens re ipsa connexum antecedenti est*. Hoc innuit, cùm scripsit. *Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, aliud ab his necessariò accidit, eo, quòd hæc sunt.*

Ecce, vt Princeps *illum* dumtaxat *syllogismum* finiat, cuius *consequens*, ita connexum est *antecedenti*, vt, *illo* posito, *hoc* etiam necessariò *ponendum* sit. Namque ad *syllogismum*, qui speciem sonaret *ora-*

orationis, satis omnino foret, sit eā; vel non sit, *connexionem in rebus designare*. *Ratio* profectò, in qua *vniuersa consequentia*, bonæ sint, vel malæ, synonymè prorsus conspirarint. Proinde autem, *Aristotelem*, *hac ratione syllogismum definire* neglexisse, arbitror, quòd parū cōducat ad sciendū.

Ratio orationis in significādo tacet.

Ecce, *definitio syllogismi*, quam Aristoteles inuènit, non est metaphysica; sed physica. *Materiam*, & *formam*; non autem *genus*, & *differentiam*, explicat. Quocirca, non cuiusque syllogismi *definitio* erit; sed eius tantùm, *cuius formam* exhibet. ¶ Possemus facilè, ex *physica definitione syllogismi* metaphysicam protinus venari. Hoc tamen facere, obinde iure negliges, quòd sit tam inutile, quàm facile. Namque *speculatio rerum logicarum* (dicemus alibi) *solùm est propter praxim*. Scimus autem, *definitiones physicas* satis cuique artifici futuras esse, vt *regulas Logica* compingat. Licebit ergo, abstinere quandóque à *metaphysicis*.

Speculatio in practicis propter praxim est.

SECVN-

SECVNDA PARS LIBRI DE TERMINO IN SPECIE.

NON est animus *species termini* indagare, quæ *diuersitati formarum* correspondent; sed *multiplicem materiam*, cuicumque formarum substernatur. Constat autem, *differentiam materialem terminorum* necunde vberius, quàm ex *significatione* vocum, deprehendi. *Naturam* ergo *signi* nec abs re perscrutabor, nec incassum.

CAP.

CAPVT PRIMVM.

DE SIGNO IN COMMVNI, ET DE SIGNIFICATIONE IN VNIVERSVM.

SECTIO CAPITIS.

INTENTIO fuit, naturam & quidditatem signi patefacere. Duo præstiti. ¶ *Primò*, definiui signum in communi, cum Augustino 2. libro de Doctrina Christiana, capite 1. ¶ *Secundò*, diuisi illud in naturale, & ad placitum; & rursus hoc, in doctrinale, & aliud.

PE-

PERIOCHA TEXTVS.

1 SIGNVM est (inquit Augustinus) *quod, præter speciem sui, quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire*. Perinde sunt hæc, acsi dixisset. *Signum* est res sensibilis, quæ, suam per sensus cognitionem ingerens, alterius rei notitiam confestim excitat.

2 Hoc autem signum duplex est: *naturale*, & *ad placitum*. *Naturale* dicitur, quod pertrahit nos in cognitionem rei: non humano instituto; sed naturâ: vt *fumus*, & *cinis*. Dicitur *ad placitum*, quod pertrahit nos in cognitionem rei: non vtique naturâ; sed voluntate hominum: vt *cymbalum*, & *tuba*. ¶ Hoc demum duplex est: doctrinale, & secus. Seruit *doctrinale* doctrinis comparandis: vt *voces*, & *scripta*. Seruit *alterum* alijs negotijs conficiendis: vt *tinitus*, & *clangor*.

ILLVSTRATIO TEXTVS APHORISTICA.

RATIO signi (dum loquamur propriè) solùm innenitur, in *rebus sensibilibus*. Erit fortè, qui *assertionem hanc* PARADOXON; non VERAM SENTENTIAM, esse putet. Sed auscultet, obsecro, Angelicum Doctorem S. Thomam, tertia parte Summæ, quæstione 60. articulo 4. in solutione primi. Verba sunt hæc. *Ad primum ergo dicendum, quòd vnumquodque præcipuè denominatur, & definitur, secundùm id, quod conuenit ei primò, & per se; non autem secundùm id, quod conuenit ei per aliud.* ¶ *Effectus, autem*

S. Thomas.

Verba S. Thomæ.

autem sensibilis per se habet, quòd ducat in cognitionem alterius quasi primò, & per se homini innotescens: quia omnis nostra cognitio à sensu oritur. ¶ *Effectus autem intelligibiles non habent, quòd possint ducere in cognitionem alterius, nisi, in quantùm sunt per aliud manifestati: id est, per aliqua sensibilia.* ¶ *Et inde est, quòd primò, & principaliter dicuntur signa, quæ sensibus offeruntur, sicut Augustinus dicit in 2. de Doctrina Christiana: ubi dicit, quòd signum est, quod, præter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire. Effectus autem intelligibiles non habent rationem signi, nisi secundùm, quòd sunt manifestati per aliqua signa.*

Isthæc suppositis consectaria hærent.

PRIMVM EST. *Significare*, & *repræsentare* multùm differre inter se se. Patet ex dictis. Namque *significare* (propriè modó, perséque loquamur) solùm reperitur in *sensilibus*. Constat autem, verè repræsentare *insensibilia*. Scilicet, *vniuersas species obiectorum*, tam eas, quæ *sensui*, quàm, quæ *intellectui nostro* coaptantur. *Vulgares* ergo minús rectè *significationem* cum *repræsentatione* confuderunt. Quî aliter *signum in communi* in internum secassent, & externum? Scio, Classicos *species rerum* nusquam sanè *signa*; sed *imagines* solùm, nominasse. Quid autem *repræsentare* sit, commodiús alibi.

S.Thomas.

SECVNDVM EST. *Scripturas* signa esse vocum, *voces* verò conceptuum. Sic planè docuit Aristoteles 1. libro Peri-hermenîas, capite 1. Verba sunt hæc. *Sunt ergo ea,*

Aristoteles.

ea, quæ sunt in voce, earum, quæ sunt in anima, passionum notæ: & ea, quæ scribuntur, eorum, quæ sunt in voce. Patet ex dictis. Nam, scripturis visis, rectéque charactéribus dignotis, statim incidimus in cognitionem vocum. Rursus, auditis vocibus, nisi impositionem earum ignoremus, *multiplex notitia* in intellectu nascitur. ¶ Noscimus primò *prolatorem*. ¶ Noscimus secundò *notitiam vocis*. ¶ Noscimus tertiò *cognitionem rei*. ¶ Noscimus postremò *rem signatam*.

Verba Arist.

Quot in audiente cognitiones rerum excitentur.

Ecce, *vox audita* omnium istorum signum est. Sed diuerso modo. ¶ Significat *naturà*, tum prolatorem, tum etiam notitiam, & cognitionem sui. ¶ Designat *positione*, tum rem signatam, tum etiam notitiam, & cognitionem eius. ¶ Significat *scriptura*, prolatorem, vocem prolatam, conceptum vocis, rem significatam, & conceptionem eius. *Vno* tamen *scriptore*, aut *prolatore dempto*, cuncta designat *positione*.

TERTIVM EST. *Signum positione* dupliciter rem significare posse. *Primò*, vt & *illam* significet, pro *illaquè* in oratione nostra supponatur. *Secundò*, vt significet *illam*; non tamen pro *illa* subrogetur. ¶ Ecce, vox *homo* prolatoris, conceptionis sui, naturæ humanæ, notitiæque hominis, *signum* est. Et tamen in *sermone*, præterquàm in *Christo*, in quo pro *hypostasi Verbi* subrogatur, solùm supponitur pro *natura humana*. *Vox* enim (dicemus infrà) in *loquutione nostra* pro *illo solo significato* substituitur, de quo mente, & ore cum auditore loquimur. Id profectò, quod ex sensu patet. Namque in hac oratione *homo est animal*, nec de prolatore *prolatorem*, nec de notitia *notitiam*; affirmamus. Quid igitur de quo? *Naturam animalis* de *natura hominis*. De *istis* ergo loquimur, *voces* pro *rebus* supponentes; non autem de *alijs*, quæ vocibus ipsis designantur. ¶ Ecce, in vocibus, ex insti-

Significatio ...

Instituto humano designantibus, *significatio*, & *suppositio* non sunt omnino pares. Latiùs namque *significatio*, quàm *suppositio*, patet. Significatur enim, quodcumque illud est, pro quo *vox* sufficitur. Non tamen, quodcumque *vox* significat, pro eo vsurpatur, & supponitur. Recula Logicæ, *cuius ignorantia*, calumniatores meos vel in rebus diuinis obstupuisse, vides.

tius multò patet, quā suppositio vocis.

Idem de *scripto* sentiendum erit: vtpote nihil aliud *scriptura* est, quàm *exaratus sermo*. Vt ergo *voces*, in humano sermone, aliorum estò signa sint, pro *nudis rebus* dumtaxàt supponuntur: sic etiam *scriptura*, eorum, quæ significant, haudquaquàm pro *alio* subrogantur, quàm pro *rebus signatis*. Non enim scribentes *graphen* de *graphe* prædicamus; sed *rem signatam* de *re signata*. Idem namque denuntiamus absenti, quando *scribimus*, quod intimaremus *colloquentes*. Pro eisdē ergo *voces scrip*

tas substituimus, pro quibus *prolatas* poneremus. Constat autem, *prolatas voces* (ni de illis loquamur) ne sanè pro *se ipsis*; sed pro *nudissimis rebus*, subrogari.

Ecce, si Logicorum more, proprièque loquamur, in *scriptis nostris* non vtique pro vocibus *scripturas* ponimus; sed pro *illis rebus*, pro quibus, si copia esset, *voculas ipsas* poneremus. Secùs, in *oratione scripta*, non *rem* de *re*, quod planè facimus; sed *vocem* de *voce*, diceremus.

OBIICIES. Tunc vulgò *vnum* pro *alio* poni dicimus, cùm, *isto* deposito, *illud* in locum eius subrogâmus. Sic *Regem* ducem pro duce, sic *Rempublicam* Regem pro Rege, subrogare, dicimus; cùm, *priori* deposito, *alterum* ponit, & substituit. Constat autem, nihil *nos* aliud scribentes facere, quàm illîc *scripturas* collocare, vbi *voculas ipsas* poneremus. ¶ Respondeo tamen, verbum *supponere* diuersimodè passim vsurpari. Componitur enim ex prothesi

sub

sub (B. in P.) & ex simplici *pono*.

¶ Primùm ergo *illum actum* apud Latinos designauit, quo *vnum* ponimus sub *alio*. Sic *oua* supponuntur auibus; sic *camenta* fabricis.

Sed, quia in *structura machinarum* ea ipsa, quæcumque supponimus, præponimus, ideo *supponere* idem post designauit, quod *præmittere*. Sic supponuntur *prima* in disciplinis, præmittuntur *hypotheses*, vt *ignotiora* exin colligamus.

Postea, *vox ista* eò inde vsu producta fuit, vt *illam actionem* designaret, qua *vnum* ponimus pro *alio*. Hoc autem exinde planè ortum absque dubio fuit, quòd præpositio *sub* in compactione verbi idem iamdiù significare cœperat, quod *post*. Sic flosculos subsequuntur fructus, Goni Protógonos, creati functos, deturbatos suffecti. Hinc factum est, vt *supponi* idem apud Latinos insonuerit, quod *pro alio poni*, aut *in locum alterius subrogari*.

Hoc autem in *signis* dupliciter solet

let perpetrari: *communiter*, & *propriè*. ¶ Supponitur latè, quicquid *illud* significat, *quod* pro *eodem* posset subrogari. Sic *scriptura*, quæ proprissimè ponitur pro *re*, obinde pro *voce* subrogari dicitur, quòd pro illo in *scripto* collocetur, pro quo, in *sermone*, vox ipsa valeret collocari. ¶ *Supponitur strictè*, quicquid *rei* significatæ sic vicem gerit, vt *absentiam* supplere videatur.

Suppositio lata.

Suppositio stricta.

Ecce, *scribere* quasi *loqui* est. Vt ergo *loquentes* voces pro rebus collocamus: sic *scribentes* scripta pro rebus substituimus. Minùs propriè *scripta* sufficiuntur pro *vocibus*. Exinde, inquam, solùm, quòd voces significent, quas pro *eisdem rebus* poneremus, ni abessêmus ab illo, cum quo loquimur.

Voces, & scriptura propriè solùm supponũtur pro rebus.

TER-

TERTIA PARS LIBRI DE AFFECTIBVS TERMINORVM.

EGIMVS hactenùs de *significatione terminorum*. Superest iam, vt de *suppositione eorum* disseramus. ¶ Fiet inde, vt duas formas, quæ *formam termini* præcurrunt, clariùs ipsi, atque expeditiùs dignoscamus. ¶ Constabit indidem, *significationem*, & *suppositionem vocularum* (si loquamur proprissimè) non esse affectus, aut proprietates terminorum. Non enim sequuntur *formam termini*; sed anteuertunt *illam*.

Est *significatio* affectus vocis, formaque signi. ¶ Continet *species*, totidem signi *consummantes*. *Dictionem*, scilicet, & *orationem*. In nomen, & verbum disecatur *illa*; in consummatam *ista*, & diminutam.

Est

Est *suppositio* affectio signi, formâque partis. Continet *species*, quas illustratum imus. ¶ Sunt affectus, & proprietates eius. Status, ampliatio, restrictio, distractio, alienatio, remotio, diminutio, & appellatio.

CAPVT PRIMVM.

DE SVPPOSITIONE TERMINORVM.

SECTIO CAPITIS.

INTENTIO fuit, naturam suppositionis indagare. Septem præstiti. ¶ *Primùm*, definiui suppositionem in communi. ¶ *Secundò*, diuisi illam, in propriam, & impropriam. ¶ *Tertiò*, diuisi propriam, in simplicem, & personalem. ¶ *Quartò*, diuisi personalem, in communem, & singularem. ¶ *Quintò*, diuisi

diuisi communem, in distributam, determinatam, confusam, & copulatam. ¶ *Sextò*, diuisi distributam, in distributam pro singulis generum, & in distributam pro generibus singulorum. ¶ *Septimò*, diuisi distributam, in distributam absolutè, & in distributam cum exceptione.

PERIOCHA TEXTVS.

1 SVPPOSITIO logica *vsus est, acceptio, vel substitutio nominis pro re.*

2 Duplex est: *propria*, & *impropria*. Propriam significationem *prima* respicit, tropicam *secunda*.

3 Propria duplex: *simplex*, & *personalis*: Nullum significatum *ista* respuit; proximum dumtaxat *illa* retinet.

4 Personalis duplex: *communis*, & *singularis*. Sufficiuntur voces: *communis* in prima; in altera verò *singularis*.

5 Communis quadruplex: *distributa*

buta, *determinata*, *confusa*, & *copulata*. Omnes resoluuntur, præter *tertiam*: copulatiuè *prima*, disiunctiuè *altera*, *vltima* verò copulatè.

6 Distributa duplex: *pro singulis generum*, & pro *generibus singulorum*. Vtraque est copulatiuè resolubilis: *illa* in indiuidua; in species *ista*.

7 Demum, vnaquæque istarum duplex est: *absoluta*, & *cum exceptione*. Nihil *illa* excipit; nonnihil *ista*.

ILLVS-

ILLVSTRATIO
TEXTVS.
APHORISTICA.

SVPPOSIO *nominis* non eſt ſignificatio vocis ; ſed eam ſequitur. Namque *ſignificant* voces, cum extra orationem proferuntur ; non tamen *ſupponuntur*, niſi pro ſignificatis rebus *ſufficiantur*. Sed quis, obſecro, *voces* pro rebus ſubſtituerit, quin de *rebus* loquatur?

Huius doctrinæ autor eſt Philoſophus 1. libro Elenchorum, capite 1. Dixit enim, proinde nos ſermocinantes nominibus vti loco rerum, quòd nequeamus interim, res ipſas in oratione collocare. Hinc cogimur (inquit Ariſtoteles) *ſuppo-*

Ariſtoteles.

nere

nere nomina pro rebus, vti lusores (exemplum est Philosophi) vice pecuniarum *lapillos*, aut *calculos sufficiant*. Ausculta Verba Principis, quibus *tota doctrina* continetur. *Cùm enim non liceat, res ipsas per se in disserendo afferre; sed nominibus vice rerum vtamur, tamquam notis: id, quod in nominibus euenit, etiam in rebus putamus euenire: quemadmodum in calculis accidit ijs, qui rationes subducunt, &c.*

Aristoteles.

Verba. Arist.

Cur *nomina*, non autem *voces*, supponi asserit? Proinde certè, quòd *voces* priùs fiunt signa, quàm supponuntur in *dialexi*. ¶ Hoc autem in disputando contingere, cur asserat? Proinde quidem, quòd in *sola oratione* supponuntur. Quotquot ergo *suppositionem* nominis cum *significatione* vocis confuderunt, apertè descifcunt à Philosopho. Itidem refragarêtur Aristoteli, quisquis *nomina*, vt significant, sic etiam *extra orationem supponi*, diceret.

Vazq. 1.p.disp.157 cap.4.

Probemus *doctrinam*, quam Aristote-

toteles suppoſuit. Sæpè vſu venit, vt, *ſignificatione* penitus immota, multùm varietur *ſuppoſitio*. *Significatio* ergo, & *ſuppoſitio* non poſſunt eſſe *vnum*. Aſſumptum patet. Namque *ſignificatio hominis* non obinde quidem variari dicitur, quod longè diuerſè ſupponatur. Scilicet, *diſtributè*, *determinatè*, *confuſè*, aut *copulatim*. Hoc ſolo argumento probarunt hactenùs Philoſophi, *quantitatem*, & *figuram* re ipſa diſtingui, & ſeparari. Exinde, ſcilicet, quòd *vna ſola quantitas*, omnium penitus figurarum capax, inter ipſas alternet, ac mutetur. Idem omnino dicendum eſt, de *ſuppoſitione* propria, vel impropria; ſimplici, vel perſonali; communi, aut ſingulari; ſtatus, amplitudinis, reſtrictionis, diſtractionis, alienationis, remotionis, diminutionis, appellationis, & huiuſmodi. Variantur enim, eâdem ſignificatione permanente. Vtrùm autem, *vox* in *ſignificatione tropologica* ſignificatum mutet, tutè videris. ¶ Aſſerere poſ-

tremò, *vocem* extra orationem, nedum *significare*; sed *supponi*, ignorantia Logicæ supina est. Solùm namque *sermocinantes* vocibus vtimur pro rebus: vt luculenter dòcuit Aristoteles.

Nomen *commune* dupliciter primùm supponi dicitur. Pro *vno*, scilicet, *singulari*, vel pro *pluribus*. ¶ Supponitur pro *pluribus* tripliciter. Distributè, scilicet, copulatè, & confusè. ¶ Bifariam solùm supponitur pro *vno*. Determinatè, inquam, & confusè.

Pro omnibus, & singulis. Tunc nomen *commune* distributè supponitur pro *pluribus*, cùm diuisim accipitur pro *omnibus*. Ita, scilicet, vt maneat copulatiuè resolubilis. Sic supponitur vox *homo*, cùm, *omnem hominem esse animal*, verissimè omnium enunciamus. Sic etiam vox *animal*, cùm, *aliquem hominem non esse animal*, falsissimè proferimus. ¶ Rectè sic *hominem* resoluimus. *Omnis homo est animal: ergo hic homo est animal, & hic homo est* ani-

animal, *& cæteri similiter*. ¶ Rectè sic *animal*. *Aliquis homo non est animal*: *ergo hic, aut alius homo, nec est hoc, nec aliud animal.*

Tunc NOMEN *commune* copulatè supponitur pro *pluribus*, cùm non tam accipitur pro *singulis*, quàm pro *collectione singulorum*. Ita, scilicet, vt copulatè maneat resolubilis. Sic supponitur vox *ciues*, cùm, *omnes ciues ciuitatem esse*, verissimè omnium enuntiamus. ¶ Rectè sic eam resoluemus. *Omnes ciues sunt ciuitas*: *ergo hic ciues, & hic ciues, & ita cæteri, sunt ciuitas*. Ita, scilicet, vt sint *omnes* simul, quod *nullus* est.

Pro tota omnium collectione.

Tunc NOMEN *commune* confusè supponitur pro *multis*, cùm ita pro pluribus sufficitur, vt falsissimè in ea resoluatur. Ita certè supponitur vox *animal*, cùm, *omnem hominem esse animal*, verissimè omnium pronunciamus. Sic enim *plura* intricatur, & inuoluit, vt *nullo descensu* declarentur.

Prouno assignabili.

Tunc NOMEN *commune* determinatè supponitur pro *vno*, cùm pro *vno* sufficitur, quod digito valeat demonstrari. Ita, scilicet, vt resolui posiit disiunctiuè. Sic suppponitur vox *homo*, cum, *aliquem hominem esse animal*, verissimè omnium enunciamus. Idem sentiendum est de voce *animal*. ¶ Rectè enim sic resoluimus. *Aliquis homo est animal: hic ergo, aut ille, vel alius hominum est animal*. Recte sic *animal*. *Aliquis hominum est animal: ergo vnus est homo, qui hoc sit, vel illud animal*.

Prouno inassignabili.

Tunc NOMEN *commune* confusè supponitur pro *vno*, cùm pro *vno* sufficitur, quod nullo modo posit assignari. Ita, scilicet, vt nulla ratione resoluatur. Sic certè supponitur vox *equus*, cùm, *equum requiri, aut necessarium esse ad equitandum*, verissimè omnium enunciamus. Nequit enim *singularis equus* assignari, qui necessarius sit ad equitandum, Proinde, scilicet, quòd *nullus*

lus sit *equus*, sine quo cum alio nullatenùs possit equitari. Constat autem, *illud solùm requiri*, aut *necessarium esse, sine quo nulla ratione res patrari potest.*

ACCIPITO *signa confusionis.*

IN PRIMIS, *signum vniuersale affirmatiuum*, cùm subiectum *distribuit*, necessariò *confundit* prædicatum. Id, quod in hac enuntiatione *omnis homo est animal* absque dubio euenit. Namque vox *homo* planissimè omnium distribuitur, confunditurque *animal*. Non enim vox *animal* vllo descensu declarari potest: vt manifestum fiet resoluenti.

SECVNDO, *coniunctio copulatiua* eâ etiam vi sine dubio pollet, vt communem vocem absolutè sumptam summoperè obscuret, & confundat. Id profectò, quod in *his enuntiationibus* clarissimè omnium experimur. *Parisijs, & Romæ venditur piper: Compluti, & Salmanticæ eruditur iuuentus: Socrates, &*

 Pla-

Plato est Philosophus: in quibus *pr*-*per*, *iuuentus*, & *Philosophus* irresolubiles redduntur.

TERTIO, *aduerbia numeralia* ita profectò *verba* moderantur, vt etiam *apposita* confundant. Videmus hoc in istis. *Bis feci sacrum*: *ter lectionem legi*: in quibus *sacrum*, & *lectionem* mirificè patet intricari.

QVARTO, verbum *requiritur*, & *si quod* est *aliud*, quod ei æquiualeat, vel æquetur, ita quoque *supposita* confundit, vt *nulla eorum singularia* sint, de *quibus* aliquomodò valeat affirmari. Videmus hoc in istis. *Ad equitandum requiritur equus*: *ad nauigandum nauis*: in quibus *equus*, & *nauis* ita profectò ex vi *dicti verbi* tenebrescunt, vt pro *nullo* indiuiduo supponantur, quod vel *descensu* possit explorari.

QVINTO, hæc verba *promitto*, *polliceor*, *desidero*, *debeo*, & alia huiusmodi, *sua* saltem *apposita* confundunt. Videmus hoc in istis. *Promitto tibi aurum*: *polliceor drachmam*, *atsi ce-*

desidero cibum : *debeo assem*, *sestertium*, *obolum*, *& cætera.*

Habes iam, vnde à *suppositione determinata* confusam separes. ¶ Habes insuper, *suppositionem confusam* penitus esse irresolubilem. ¶ Hoc planè sonuit *commune illud* Dialecticorum *axiôma*. Scilicet, *à confuso ad determinatum non esse argumentandum.*

Epilogus dictorum.

Et quidem Sophistæ hoc solo nomine futilem *consequutionem istam* reputarunt. *Cuiuslibet hominis oculus non est oculus* : *ergo alicuius hominis oculus non est oculus*. Putarunt enim, vocem *oculus*, primodùm in *antecedenti* collocatam, ex vi signi *omnis*, quo vocem *homo* distribuimus, necessariò confundi, & intricari. Quo semel credito, & verum *antecedens*, & falsum *consequens*, hoc ipso censere cogebantur. Cur ita? Proinde certè, quòd sæpe accidat, vt *terminus confusus*, non merè singulariter; sed quasi pluraliter sumatur. Perinde ergò est, acsi dicamus.

Hallucinatio sophistarum.

Expenuntur Sophystæ.

camus. *Cuiuslibet hominis oculi non sunt vnus: ergo alicuius hominis oculus non est oculus.* Antecedens est verum, falsâ sententiâ Sophistarum. Non enim *vterque cuiuslibet hominis oculus* est alter. *Consequens* tam planè falsum est, vt expositione nostra non indigeat. ¶ Deponemus molestiam Sophistarum, si dicamus, vocem illam *oculus* potius *determinari*, quàm *confundi*. Quo semel credito, *præfata consequentia* vera profectò erit; sed ex falsis.

Cōfutātur Sophista.

Ecce, *à confuso ad determinatum* (commune Logicorum proloquium est) *nusquam videtur arguendum*. ¶ Ecce, decipitur, quisquis rectè sic posse argumentari, putat. *Equus requiritur ad equitandum: ergo & aliquis*. Hic, scilicet, vel hic, cæterique disiunctim. ¶ Hunc tamen (resipiant asseclæ (sic *à contradictorio* confutabis. *Hic equus non requiritur, aut necessarius est ad equitandum:* vtpotè cum alio posset equitari. Idem

Consectaria dictorū

dem iudicium est de cæteris. Quia nec hic, nec hic, nec alius singularis equus est, sine quo cum alio *equitari* nequeat. *Nullus* ergo *equus* absque dubio est, qui inexcusabilis sit ad equitandum. Si *omnes* sunt excusabiles, quia *nullus* inexcusabilis absque dubio est, quî, obsecro, *vllus* requirêtur.

Putat nostras, verum omnino esse *disiunctum hoc. Vel hic requiritur, vel hic, vel hic, disiunctis omnibus.* Arbitror cum Scitis, verum omnino esse *coniunctum hoc. Nec hic requiritur, nec hic, nec hic, coniunctis omnibus.* Si ergo, nec *hic*, nec *hic* necessarius est: qui necessarius erit *hic*, vel *hic*? Vox ergo *equus* aperte supponitur *confusè*. Quocircà (opinione sapientum) irresolubilis omnino existimanda est. Namque *vox confusa* (docuerunt periti) *nullo descensu potest explorari*. Ne ob aliud quidem *suppositio confusa* nominatur.

Cur suppositio hæc confusa vocetur ab Scitis.

Putant Sophistæ, saltem ascendi poss:

Hallucinatio

posse in *termino confuso*. Quòd optimè (aiunt) argumentemur ita. *Omnis homo est hoc, vel illud animal: ergo omnis homo est animal.* ¶ Sed Sophistæ, vt assolent, planissimè omnium hallucinati sunt. In hoc enim ascensu non confunditur *animal*, vt putant. Quid ergo? *Determinatur* absque dubio. Namque, quòd *omnis homo hoc, vel illud animal re ipsa foret*, solùm esset inde, vt *omnes homines sint vnum*. Idque *determinatum*, & *signabile*. Sic enim *omnes personæ diuinæ* sunt vnus Deus. Scilicet, *determinatè*, & singulariter. ¶ Vox ergo *animal* in oratione hac *omnis homo est animal* tunc solùm confundi existimanda est, cùm pluraliter sumitur. Scilicet, pro *pluribus permistim*, quorum vnum sit *Petrus*, alius *Paulus*. Constat autem, in *ascensu prædicto* Sophistarum, *omnem hominem esse animal*, non ita sanè colligi, *vt suum sigillatim quisque fuerit*; sed ita solùm, vt *omnes sint vnum singulariter*. Idque

Sophistarum.

Detegitur hallucinatio Sophistarum.

Quando prædicatum distributo subiecto confundatur.

que, tam *determinatum*, & *signabile*, vt digito possit demonstrari. *Vox* ergo *communis*, dum confunditur, non solùm est *irresolubilis*; sed penitus *immobilis*. Tam enim *descensum*, quàm *ascensum*, respuit.

Sub terminum confusũ, nec potestas scendi nec descendi.

Quod de *suppositione confusa* dictum est, hoc etiam de *simplici* dicendum erit. Scilicet, *vocem communem*, *simpliciter acceptam*, nec esse *descensu* resolubilem, nec *ascensu* mobilem. Perperam enim sic arguimus. *Homo est species*: *ergo & aliquis*. *Rosa est præstantior cæteris floribus*; *ergo & aliqua*. ¶ Æquè malè argueremus ascendentes, vt patebit illicò.

Suppositio simplex etiã est iinmobilis.

SED OBIICIES. *Vt omnis homo foret animal*, satis esset, *cunctos esse quoddam*. Vt igitur *homo species foret*, suffecturum planè erat, *speciem esse aliquem*. ¶ Respondeo tamen, apertè esse validam *consequutionem hanc*. *Quidam homo est species*: *ergo & homo*. Sunt tamen

sup-

suppoſita, non vtique ſimpliciter; ſed *perſonaliter*. capienda. *Suppoſitis* autem *perſonaliter ſumptis*, & *acceptis*, hæc etiam erit efficax. *Petrus eſt indiuiduum : ergo & homo.* *Communis ergo vox*, *ſimpliciter ſumpta*, vel *ſuppoſta*, ita planè *fixa* eſt, vt nec *deſcenſu* deprimi, nec *aſcenſu* poſsit eleuari. ¶ Ecce, cur veteres Sophiſtæ *voces logicas, ſimpliciter acceptas*, inter *merè confuſas* numerabant. Sic enim ſupponuntur, ni perſonaliter ſumantur, vt nec *deſcenſu* valeant illuſtrari, nec *aſcenſu* colligi.

Cur voces ſimpliciter acceptæ confuſæ à Sophiſtis vocabantur.

Habes DOCTRINAM, quam vtique Sophiſtæ ſiquomodò odoraſſent, nec *aſcenſum*, nec *deſcenſum diſiunctum* meminiſſent. ¶ Quid putas *deſcenſum diſiunctum* appellarunt? *Illum* profectò, quo *vocem confuſam* reſoluebant. ¶ Sed cur *diſiunctum*, non *diſiunctiuum* nominarunt? Quod in *reſolutione* termini confuſi, *terminos diſiungi*; non autem *enunciationes*, autumarent. Nedum tamen *ſuppoſitionem confuſam* Logicorum

Nec eſt aſcēſus diſiunctus, nec deſcēſus.

Cōfutātur Sophiſtæ.

eorum ; sed (quod putidius est) & *Zeugma* Grammaticorum ignorarunt . Non enim patitur Grammatica, quoquomodò *terminos disiungi* , quin *enuntiationes* quoque disiungantur . Id profectò , quod manifestum fiet *resoluenti* . Quamuis ergo in *suppositione copulata* (quòd ex sensu constat) *termini* solùm copulari possint : tamen in *suppositione confusa*, & *intricata* (quod ex eodem sensu absque dubio liquet) ne possunt quidem *termini* disiungi , quin & *enuntiationes* disiungantur . *Discrimen* sanè, quod ex *prædicati natura* deriuatur. Exinde, scilicet, quòd *terminus collectiuus*, aut *numeralis*, non vtique de *singulis* prædicari queat; sed de integra *collectione singulorum* . Abeant Sophistæ : resipiscere asseclas , optamus.

EGIMVS hactenus de *suppositione vocis* , vel *dictionis* , quæ in *orationibus* etiam reperitur. Vt namque *dictionem* pro re simplici , sic etiam *orationem* pro complexo, ponimus.

mus, *Scilicet*; *enuntiationem* pro *enuntiabili*. ¶ Hæc est *suppositio*, quam Aristoteles instituit. Superest *alia*, qua, omissâ priori, multùm Sophistæ coluêrunt.

Nosces, si intelligas, quasdam esse *enuntiationes*, quæ *vnum* ponentes *alterum* supponunt. Sunt huiusmodi *affirmatiua contingentes*. Hac ratione hæc enuntiatio *homo currit* explicitè ponit, *cursum inesse homini*; sed supponit implicitè, *subsistere iam hominem*, cui cursus inest. ¶ Idem (arbitror) dicendum est, de *affirmatiuis naturalibus*. Sed discrimine. Namque *contingentes* existentiam subiecti; essentiam supponunt *necessaria*. Sic *Antichristus currit* falsa est; *Antichristus est animal* verissima. *Homo brutus est animal* est falsa. Obinde, scilicet, quòd non sit *essentia*, quam supponit.

Ecce, *enuntiationes*, quæ hoc ipso falsæ citra dubium sunt, quòd illud supponant, quod non est. Vocat eas vulgus, cùm falsæ sunt, *de sub-*

subiecto non supponenti. Sed immeritò. Non sunt falsæ, *quòd rem ipsam subiectam non supponant*; sed, quòd rem illam supponunt, quæ non est. Tu igitur, imperitissimo Sophistarum vulgò misso, ne amplius eas *de subiecto non supponenti*; sed *falsas suppositione*, vel *falsæ suppositionis*, appellabis. Supponunt namque, quod non est, exinque in *falsitatem* incurrerunt.

Nec vitio verteris, quòd *vulgarem* Logicorum *phrasim* non amplectar. Scio enim, in causa *eam* fuisse, vt *suppositio vocum*, quam maximè coluit Aristoteles, vix iam inter Complutenses audiretur. Tunc namque, *vocem supponi*, docebamur, *cùm vox in oratione, res autem in rerum natura*, *subsistebat*. Sic Villalpandus scripsit, sic *pusiones* garrire cogebamur. *Atque ita supponere est terminum existere in propositione, & esse rem, quam significat, eo tempore, quod dicit copula eius propositionis. Quare homo supponit, cùm dici-*

Gasp. Card. Villalpādus.

dicimus, homo est, fuit erit : Adam verò non supponit, cùm dicimus, Adam est, vel erit ;sed cùm dicimus, Adam fuit, &c.

Villalpandus non internouit suppositionē Aristotelicā suppositioneSophistarum.

Ecce, Nostras, omissa prorsus *suppositione* Aristotelica, Sophisticam solùm explanauit. Necunde sanè ortam, quàm ex *vsurpatione vocis catachrestica*. Namque Sophistarum asseclæ, *enuntiationes falsæ suppositionis* DE SVBIECTO NON SVPPONENTI vocitantes, eò profectò *abusu vocis* hallucinati sunt, vt *suppositionem orationis* vel *supposito verbi* accommodarint. ¶ Resipient, qui nouerint, *huiusmodi suppositionem orationis* non vtique oriri ex *significatione terminorum* ; sed ex *acceptione verbi copulantis*. Namque *termini* idem fortè significant per se, quocumque verborum connectantur. *Sola* ergo *acceptio verbi* in causa fuit, vt *tota enuntiatio* ratam essentiam, vel existentiam rerum supposúerit. Quocirca *suppositionem orationis*, quando nullo iure *suppositionem nominis*,

Suppositio Sophistarū rectè fuisse suppositio verbi nominata.

nis, rectè Logici *suppositionem verbi* nominassent. Potuissent quoque *enuntiationem falsæ suppositionis* de subiecto non subsistenti aliquantulò proprius nominare. Quòd *subsistere* idem frequenter latinis auribus sonuerit, quod *re ipsa esse*, vel *existere*.

Villalpandus ergo, non vtique *suppositionem terminorum*, quam ex professo venabatur, quàmque in *plures partes* postmodùm dissecuit, definisse videtur; sed *suppositionem orationis*. Hæc enim sola est, quæ *existentiam* supponit, vel *essentiam*. Propterea certè, *hòc solò* falsa redditur, *quòd suppostum* absit. ¶ Aliter contingit in *suppositione Aristotelica*. Non enim in ea rem *vox supponit*; sed pro illa *supponitur*. Tam vecordes simus, vt vnum esse *opposita* putemus? *Supponere*, inquam, & *supponi*?

In suppositione Sophistarũ vox supponit rem

In suppositione Aristotelica nõ vox supponit rem sed pro re supponitur.

Quotquot ergo sic *loquentes*, vel *scribentes* videris, vt *voces* res suas *supponere*; non autem *pro rebus supponi*,

poni, dicant: ni, Aristotele neglecto, solos Sophistas sequi fateantur: ne *eos* solùm hallucinari putes; sed desipere omnino, ac delirare.

Barbara, & inscita cõmissio supp positionis Aristotelis cũ supposione Sophistarum.

Minùs illos audi, qui, *propriam vtriusque suppositionis inuertentes phrasim*, nec *vocem* rem supponere, nec *vocem* pro re supponi, dicunt; sed *vocem* aiunt *supponere pro re*. ¶ Tam *barbara loquutio*, vt ne illam quidem *sermo latinus* amplexatus fuerit. Simillima profectò *vulgari nostratum barbarismo*, qui *sacris initiandos*, ne ordinandos quidem, vt decebat; sed ordinantes ineptè, vocitarunt. Tantamnè catachrêsim toleremus? Nunc præsertim, cùm intolerandum errorem genuisse, cernimus? Quàm scitè, *ex inordinata loquutione incurri hæresim*, Stridônensis ait.

Hispanè, los ordenãtes.

S. Hieronymus.

Quomodo in vtralibet suppositione loquẽdũ fuerit.

Ergo, in *suppositione* Sophistarum, quàm in *suppositione Aristotelica*, longè nobis aliter loquendum erit. ¶ DICEMVS cum Principe, *vocem supponi*, *vel substitui*. Idque, sub-

sistat

fistat *res ipsa*, vel non item. Quòd, scilicet, *suppositio Aristotelis*, ne aliud quidem intelligenti sit, quàm *substitutio signi pro signato*. Constat autem, *voces nostras*, in sermonibus nostris, nedum pro *ratis*; sed etiam pro *fictis*, collocari. ¶ DICEMVS cordatè cum Sophistis, *vocem* rem supponere. Idque, subsistat *res ipsa*, vel non item. Quòd, scilicet, tunc solùm *enuntiationes* veræ sint, cùm, quod supponunt, est. Sunt ergo falsæ, quòd illud supponant, quod non sit. *Oppositorum* namque (Princeps ait) *eadem omnino ratio procul dubio est*. Aduerteris, *suppositionem hanc enuntiationum* nullum habere locum in *negantibus*. Secus, hæc enuntiatio *Antichristus non currit*, non vtique vera; sed plane falsa, esset. Vnde, cùm *contradictoria illius* falsa sit, fieret subinde, vt & *tota contradictio* falsa esset. ¶ NE DICAMVS cum vulgo, *vocem supponere pro re*. Idque, de *vtralibet suppositione* loquuturi simus. Quòd, scili-

Notãdũ.

Loquutio vulgi incultis, & barbara.

camus. *Cuiuslibet hominis oculi non sunt vnus: ergo alicuius hominis oculus non est oculus*. Antecedens est verum, falsâ sententiâ Sophistarum. Non enim *vterque cuiuslibet hominis oculus* est alter. *Consequens* tam planè falsum est, vt expositione nostra non indigeat. ¶ Deponemus molestiam Sophistarum, si dicamus, vocem illam *oculus* potius *determinari*, quàm *confundi*. Quo semel credito, *præfata consequentia* vera profectò erit; sed ex falsis.

Cōfutātur Sophistæ.

Consectaria dictorū

Ecce, *à confuso ad determinatum* (commune Logicorum proloquium est) *nusquam videtur arguendum*. ¶ Ecce, decipitur, quisquis rectè sic posse argumentari, putat. *Equus requiritur ad equitandum: ergo & aliquis*. Hic, scilicet, vel hic, cæterique disiunctim. ¶ Hunc tamen (resipiant assecla) sic *à contradictorio* confutabis. *Hic equus non requiritur, aut necessarius est ad equitandum*: vt potè cum alio posfit equitari. Idem

dem iudicium est de cæteris . Quia nec hic , nec hic , nec alius singularis equus est , sine quo cum alio *equitari* nequeat . *Nullus* ergo *equus* absque dubio est , qui inexcusabilis sit ad equitandum . Si *omnes* sunt excusabiles , quia *nullus* inexcusabilis absque dubio est , quî , obsecro , *vllus* requirêtur.

Putat nostras , verum omnino esse *disiunctum hoc* . *Vel hic requiritur , vel hic , vel hic , disiunctis omnibus*. Arbitror cum Scitis , verum omnino esse *coniunctum hoc* . *Nec hic requiritur , nec hic , nec hic , coniunctis omnibus* . Si ergo , nec *hic* , nec *hic* necessarius est ; qui necessarius erit *hic* , vel *hic* ? Vox ergo *equus* aperte sopponitur *confusè* . Quocircà (opinione sapientum) irresolubilis omnino existimanda est . Namque *vox confusa* (docuérunt periti) *nullo descensu potest explorari* . Ne ob aliud quidem *suppositio confusa* nominatur .

Cur suppositio hæc confusa voceturab Scitis.

Putant Sophistæ , saltem ascendi poss:

Hallucinatio

posse in *termino confuso*. Quòd optimè (aiunt) argumentemur ita. *Omnis homo est hoc, vel illud animal: ergo omnis homo est animal.* ¶ Sed Sophistæ, vt assolent, planissimè omnium hallucinati sunt. In hoc enim ascensu non confunditur *animal*, vt putant. Quid ergo? *Determinatur* absque dubio. Namque, quòd *omnis homo hoc, vel illud animal re ipsa foret*, solùm esset inde, vt *omnes homines sint vnum*. Idque *determinatum*, & *signabile*. Sic enim *omnes personæ diuinæ* sunt vnus Deus. Scilicet, *determinatè*, & singulariter. ¶ Vox ergo *animal* in oratione hac *omnis homo est animal* tunc solùm confundi existimanda est, cùm pluraliter sumitur. Scilicet, pro *pluribus permistim*, quorum vnum sit *Petrus*, alius *Paulus*. Constat autem, in *ascensu prædicto* Sophistarum, *omnem hominem esse animal*, non ita latè colligi, *vt suum sigillatim quisque fuerit*; sed ita solùm, vt *omnes sint vnum singulariter*. Idque

Sophistarum.

Detegitur hallucinatio Sophistarum.

Quando prædicatum distributo subiecto confundatur.

que, tam *determinatum*, & *signabile*, vt digito possit demonstrari. *Vox* ergo *communis*, dum confunditur, non solùm est *irresolubilis*; sed penitus *immobilis*. Tam enim *descensum*, quàm *ascensum*, respuit.

Sub terminum confusũ, nec potestas scendi nec descendi.

Quod de *suppositione confusa* dictum est, hoc etiam de *simplici* dicendum erit. Scilicet, *vocem communem*, *simpliciter acceptam*, nec esse *descensu* resolubilem, nec *ascensu* mobilem. Perperam enim sic arguimus. *Homo est species: ergo & aliquis*. *Rosa est præstantior cæteris floribus: ergo & aliqua*. ¶ Æquè malè argueremus ascendentes, vt patebit illicò.

Suppositio simplex etiã est immobilis.

SED OBIICIES. Vt omnis homo foret animal, satis esset, *cunctos esse quosdam*. Vt igitur *homo species foret*, suffecturum planè erat, *speciem esse aliquem*. ¶ Respondeo tamen, apertè esse validam *consequutionem hanc*. *Quidam homo est species: ergo & homo*. Sunt tamen

sup-

suppoſita, non vtique ſimpliciter; ſed *perſonaliter*. capienda. *Suppoſitis* autem *perſonaliter ſumptis*, & *acceptis*, hæc etiam erit efficax. *Petrus eſt indiuiduum : ergo & homo.* *Communis ergo vox, ſimpliciter ſumpta*, vel *ſuppoſta*, ita planè *fixa* eſt, vt nec *deſcenſu* deprimi, nec *aſcenſu* poſsit eleuari. ¶ Ecce, cur veteres Sophiſtæ *voces logicas, ſimpliciter acceptas*, inter *merè confuſas* numerabant. Sic enim ſupponuntur, ni perſonaliter ſumantur, vt nec *deſcenſu* valeant illuſtrari, nec *aſcenſu* colligi.

Cur voces ſimpliciter acceptæ confuſæ à Sophiſtis vocabantur.

Habes DOCTRINAM, quam vtique Sophiſtæ ſiquomodò odoraſſent, nec *aſcenſum*, nec *deſcenſum diſiunctum* meminiſſent. ¶ Quid putas *deſcenſum diſiunctum* appellarunt? *Illum* profectò, quo *vocem confuſam* reſoluebant. ¶ Sed cur *diſiunctum*, non *diſiunctiuum* nominarunt? Quòd in *reſolutione* termini confuſi, *terminos diſiungi*; non autem *enuntiationes*, autumarent. Nedum tamen *ſuppoſitionem confuſam* Logicorum

Nec eſt aſcēſus diſiunctus, nec deſcēſus.

Cōfutā tur Sophiſtæ.

torum ; ſed (quod putidius eſt) & *Zeugma* Grammaticorum ignorarunt . Non enim patitur Grammatica , quoquomodò *terminos diſiungi* , quin *enuntiationes* quoque diſiungantur . Id profectò , quod manifeſtum fiet *reſoluenti* . Quamuis ergo in *ſuppoſitione copulata* (quòd ex ſenſu conſtat) *termini* ſolùm copulari poſsint : tamen in *ſuppoſitione confuſa*, & *intricata* (quod ex eodem ſenſu abſque dubio liquet) ne poſſunt quidem *termini* diſiungi , quin & *enuntiationes* diſiungantur . *Diſcrimen* ſanè , quod ex *prædicati natura* deriuatur. Exinde, ſcilicet, quòd *terminus collectiuus*, aut *numeralis*, non vtique de *ſingulis* prædicari queat; ſed de integra *collectione ſingulorum* . Abeant Sophiſtæ : reſipiſcere aſſeclas , optàmus.

EGIMVS hactenus de *ſuppoſitione vocis* , vel *dictionis* , quæ in *orationibus* etiam reperitur. Vt namque *dictionem* pro re ſimplici , ſic etiam *orationem* pro complexo, ponimus.

mus, Scilicet, *enuntiationem* pro *enuntiabili*. ¶ Hæc est *suppositio*, quam Aristoteles instituit. Superest *alia*, qua, omissa priori, multum Sophistæ coluêrunt.

Nosces, si intelligas, quasdam esse *enuntiationes*, quæ *vnum* ponentes *alterum* supponunt. Sunt huiusmodi *affirmatiuæ contingentes*. Hac ratione hæc enuntiatio *homo currit* explicitè ponit, *cursum inesse homini*; sed supponit implicitè, *subsistere iam hominem*, cui cursus inest. ¶ Idem (arbitror) dicendum est, de *affirmatiuis naturalibus*. Sed discrimine. Namque *contingentes* existentiam subiecti; essentiam supponunt *necessariæ*. Sic *Antichristus currit* falsa est; *Antichristus est animal* verissima. *Homo brutus est animal* est falsa. Obinde, scilicet, quòd non sit *essentia*, quam supponit.

Ecce, *enuntiationes*, quæ hoc ipso falsæ citra dubium sunt, quòd illud supponant, quod non est. Vocat eas vulgus, cùm falsæ sunt, *de sub-*

subiecto non supponenti. Sed immeritò. Non sunt falsæ, *quòd rem ipsam subiectam non supponant*; sed, quòd rem illam supponunt, quæ non est. Tu igitur, imperitissimo Sophistarum vulgò misso, ne amplius eas *de subiecto non supponenti*; sed *falsas suppositione*, vel *falsæ suppositionis*, appellabis. Supponunt namque, quod non est, exìnque in *falsitatem* incurrerunt.

Nec vitio verteris, quòd *vulgarem* Logicorum *phrasim* non amplectar. Scio enim, in causa *eam* fuisse, vt *suppositio vocum*, quam maximè coluit Aristoteles, vix iàm inter Complutenses audiretur. Tunc namque, *vocem supponi*, docebamur, *cùm vox in oratione, res autem in rerum natura, subsistebat*. Sic Villalpandus scripsit, sic *pusiones* garrire cógebamur. *Atque ita supponere est terminum existere in propositione, & esse rem, quam significat, eo tempore, quod dicit copula eius propositionis. Quare homo supponit, cùm dici-*

Gasp. Card. Villalpãdus.

dicimus, homo est, fuit erit: Adam verò non supponit, cùm dicimus, Adam est, vel erit; sed cùm dicimus, Adam fuit, &c.

Villalpandus non internouit suppositionē Aristotelicā suppositione Sophistarum.

Ecce, Nostras, omissa prorsus *suppositione* Aristotelica, Sophisticam solùm explanauit. Necunde sanè ortam, quàm ex *vsurpatione vocis catachrestica*. Namque Sophistarum asseclæ, *enuntiationes falsæ suppositionis*, DE SVBIECTO NON SVPPONENTI vocitantes, eò profectò *abusu vocis* hallucinati sunt, vt *suppositionem orationis* vel *supposito verbi* accommodarint. ¶ Resipient, qui nouerint, *huiusmodi suppositionem orationis* non vtique oriri ex *significatione terminorum*; sed ex *acceptione verbi copulantis*. Namque *termini* idem fortè significant per se, quocumque verborum connectantur. *Sola* ergo *acceptio verbi* in causa fuit, vt *tota enuntiatio* ratam essentiam, vel existentiam rerum supposuerit. Quocirca *suppositionem orationis*, quando nullo iure *suppositionem nominis*,

Suppositio Sophistarū rectè fuisse suppositio verbi nominata.

nis, rectè Logici *suppositionem verbi* nominassent. Potuissent quoque *enuntiationem falsæ suppositionis* de subiecto non subsistenti aliquantulò proprius nominare. Quòd *subsistere* idem frequenter latinis auribus sonuerit, quod *re ipsa esse*, vel *existere*.

Villalpandus ergo, non vtique *suppositionem terminorum*, quam ex professo venabatur, quàmque in *plures partes* postmódùm dissecuit, definisse videtur; sed *suppositionem orationis*. Hæc enim sola est, quæ *existentiam* supponit, vel *essentiam*. Propterea certè, *hòc solò* falsa redditur, *quòd suppostum* absit. ¶ Aliter contingit in *suppositione Aristotelica*. Non enim in ea rem *vox supponit*; sed pro illa *supponitur*. Tam vecordes simus, vt vnum esse *opposita* putemus? *Supponere*, inquam, & *supponi*?

In suppositione Sophistarũ vox supponit rem

In suppositione Aristotelica nõ vox supponit rem sed pro re supponitur.

Quotquot ergo sic *loquentes*, vel *scribentes* videris, vt *voces* res suas *supponere*; non autem *pro rebus supponi*,

fistat *res ipsa*, vel non item. Quòd, scilicet, *suppositio Aristotelis*, ne aliud quidem intelligenti sit, quàm *substitutio signi pro signato*. Constat autem, *voces nostras*, in sermonibus nostris, nedum pro *ratis*; sed etiam pro *fictis*, collocari. ¶ DICEMVS cordatè cum Sophistis, *vocem* rem supponere. Idque, subsistat *res ipsa*, vel non item. Quòd, scilicet, tunc solùm *enuntiationes* veræ sint, cùm, quod supponunt, est. Sunt ergo falsæ, quòd illud supponant, quod non sit. *Oppositorum* namque (Princeps ait) *eadem omnino ratio procul dubio est*. Aduerteris, *suppositionem hanc enuntiationum* nullum habere locum in *negantibus*. Secus, hæc enuntiatio *Antichristus non currit*, non vtique vera; sed plane falsa, esset. Vnde, cùm *contradictoria illius* falsa sit, fieret subinde, vt & *tota contradictio* falsa esset. ¶ NE DICAMVS cum vulgo, *vocem supponere pro re*. Idque, de *vtralibet suppositione* loquuturi simus. Quòd, scilicet;

Notãdũ

Loquutio vulgi inculta & barbara.

quens hoc planè differunt ab se. Vt, scilicet, *veritatem* illud; istud vero *falsitatem*, probet. ¶ Rectè enim sic arguimus. *Consequentia est legitima: antecedens verum: ergo & consequens.* Ecce, *antecedens* non vtique falsitatem; sed veritatem, probat. ¶ Rectè etiam sic arguimus. *Consequentia est legitima: consequens falsum: ergo & antecedens.* Ecce, *consequens* non vtique veritatem; sed falsitatem, probat.

Antecedens veritatem, consequens vero falsitatem probat.

Cùm ergo *verum* probemus, *falsum* improbemus: fit planum inde, vt *ascensu* vtamur ad probandum; *descensu* verò ad improbandum.

EXPOSITIO

SALII.

IN SECVMDVM FABRICAE.

PROLOGVS.

EGI in ſecundo libro de *enuntiatione ſimplici*, quæ categorica vulgò nominatur. *Compoſitam* præterij, quam hypotheticam paſsim vocitamus. Cur putas? Proinde certè, quòd de *enuntiationibus* eatenus ſolùm differen-

ferendum fuerit, quatenùs in *syllogismos* ordinantur. Constat autem, Aristotelem (ait S. Thomas, 1. libro Peri-hermenias, lectione 1.) solùm tractasse de *syllogismis categoricis*; omisisse *hypotheticos*. Propterea certè, *longam disputationem de enuntiationibus compositis* iampridem Complutum despexisse, arbitror.

Bifidus liber. Egi primùm de *enuntiationibus de inesse*: disserui postremò de *modalibus*. Scilicet, *oppositionem*, *æquipollentiam*, & *conuersionem* earum accuratè explicans. Quòd si *conuersionem modalium* non ex-

 posui,

posui, proinde sanè fuit, quòd *modales* (docet Aristoteles 1. libro Priorum, capite 3.) non vtique *ratione modi* conuertendæ sunt; sed *ratione dicti.*

Bisulcæ sunt *modales* : de dicto singulari, & de communi. *Illas* discussi: *istas* prætermisi. ¶ Propterea autem *oppositionem*, *æquipollentiam*, & *conuersionem* enuntiationũ modalium *de dicto communi* præteriui, quòd *notitia earum*, nedum perplexa, & intricata; sed inutilis est ad *syllogismos*. Tam tenebrosæ sunt, vt ipsis illustrandis, ne satis quidem Aristote-

toteles videatur fuisse. Tam fluxæ regulæ, vt ex multis vix *vlla* quidem sit stabilis. Tantinè *infructuosam doctrinam* coëmemus?

At Princeps 3. capite 2. libri Peri-hermenias, & 1. lib. Priorum, capit. 3. cur eam tam sedulò tradiderit? Vt *ingenia lectorum* exerceret, vt *suum* etiam *ipsius* venditaret. Interdum enim (vehementer arbitror) non sanè pædagogum; sed *gymnastam*, egit.

CA-

CAPVT QVARTVM.

DE TRIPLICI LEGE OPPOSITARVM.

SECTIO CAPITIS.

INTENTIO fuit, naturam oppositarum internoscere. Tria præstiti. ¶ *Primùm*, legem contradictoriarum patefeci. ¶ *Secundùm*, explicui naturam contrariarum. ¶ *Tertium*, propriam subcontrariarum conditionem dedi.

PERIOCHA TEXTVS.

1 N*ATVRA contradictoriarum*, in eo est, vt in omni materia, nec simul veræ esse, nec falsæ, possint. Idem secùs esset, & non esset, quod repugnantiam implicat.

2 *Natura contrariarum* in eo est, vt in *nulla materia* simul veræ esse quoquo pacto valeant; possint tamen simul esse in *contingenti* falsæ.

3 *Natura subcontrariarum* in eo est, vt in *nulla materia* simul esse falsæ quoquo pacto possint; valeant tamen simul esse in *contingenti* veræ.

ILLVS-

ILLVSTRATIO

TEXTVS

APHORISTICA.

VT *natura contradictionis*, quam explicui, notior lectori, & expeditior fiat, sophismata ponã, quę enodabo.

PRIMO. Istæ orationes contradicunt. *Omne animal fuit in arca Noë*: *aliquod animal non fuit in arca Noë*. Sunt tamen ambæ veræ ex testimonio sacro: Deducitur *prima* ex sacris biblijs. In eisdem *alteram* habemus. Scilicet, paucis exceptis, vsquequaque cætera perisse. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* dupliciter sanè exponi posse. Namque, si completè, & pro singulis generum *ani-*

animal substituas: manifestè *prima* falsa erit, veraque *secunda*. Si verò incompletè, & pro generibus singulorum sufficias *animal*: *affirmans* erit vera, falsaque *negans*. ¶ Sic prima exponitur. *Omne animal fuit in arca Noë*: id est, de quauis specie animalium *vnum* fuit in arca. *Sensus* profectò, qui verus est. ¶ Rursus *secunda* sic exponitur. *Aliquod animal non fuit in arca Noë*: id est, de aliqua specie animalium *nullum* omnino fuit in arca. *Sensus* profectò, qui falsus est. ¶ Non ergo *prædictæ enuntiationes* contradictoriæ sunt, nisi *animal* vno, vel alio modo in vtrauis earum supponatur.

SECVNDO. Istæ orationes contradicunt. *Omnis homo, seruans omne mandatum Dei, est iustus*: *aliquis homo, seruans aliquod mandatum Dei, non est iustus*. Sunt tamen ambæ veræ ex testimonio Dei. Est enim iustus, qui cuncta seruat. Secùs, qui aliquot transgrediens, vnum,

num vel alterum custodit. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* nulla ratione conrradicere. Namque in *prima* vox *homo* planè restringitur ad iustos. Non ita quidem restringitur in *altera*. Contradicent ergo, si *vox supposita* vno, vel alio modo in vtrauis earum restringatur.

TERTIO. Istæ orationes contradicunt. *Equus requiritur ad æquitandum*: *nullus equus requiritur ad equitandum*. Sunt tamen ambæ veræ. Patescit *prima*: ostenditur *secunda*. Illud requiritur, vel necessarium est, sine quo ne *illud* quidem fieri potest; ad *quod* verè requiritur. Sed *nullus* omnino datur *equus*, sine quo, cum alio, non rectè possimus equitare. Nullus ergo *equus singularis* est, qui sit equitando necessarius? ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes* istas nulla ratione contradicere. Non enim *vox equus* eodem modo supponitur in eis. Confunditur in *prima*; distribuitur palàm

lām in *secunda*. *Hæc* autem *variatio* toties contradictionem absque dubio soluit, quoties *ex parte subiecti* reperitur. ¶ Contradicent ergo, si in *prima equus*, ne *confusè* quidem; sed *determinatè*, supponatur. Quòd fiat inde, vt falsa sit *affirmans*, veràque *negans*. ¶ Sed *affirmantis de subiecto confuso*, écqua, obsecro, contradictoria erit? *Negans* illa tantùm, in qua *idem subiectum* confundatur. Huius igitur *equus requiritur ad equitandum* hæc erit contradicens. *Equus non requiritur ad equitandum*. Est *prima* vera; *secunda* verò manifestè falsa. ¶ Ecce *subiectum confusum* eodem modo in *vtraque contradictoria* mansurum erit. Perinde, scilicet, acsi terminus esset singularis. Idem de *voce simpliciter supposita* existimare licet.

QVARTO. Istæ orationes contradicunt. *Rosa est præstantior cæteris floribus*: *nulla rosa est præstantior cæteris floribus*. Sunt tamen ambæ veræ. Patescit *prima*: ostenditur

tur *secunda*. Namque rosæ, vtpotè eiusdem sint atomæ speciei, apertè sunt æquales. Nulla ergo earum præstabit cæteris. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* obinde profectò non opponi, quòd *suppositio subiecti* varietur. Namque supponitur vox *rosa*: simpliciter in *prima*; in *altera* verò personaliter. Sic planè accidit in istis. *Homo est species*: *nullus homo est species*. *Animal est genus*: *nullum animal est genus*. ¶ Ecce, *subiectum simpliciter acceptum* eodem modo in *vtraque contradictoria* mansurum erit. Perinde, scilicet, acsi terminus esset singularis. Idem de *voce confusè substituta* existimandum, dixi.

QVINTO. Istæ orationes contradicunt. *In sequana sunt pisces*: *in sequana non sunt pisces*. Sunt tamen ambæ veræ. Patescit *prima*: ostenditur *secunda*. In sequana sunt *non pisces*: quippe sunt lapides, qui non sunt pisces. In sequana ergo non sunt pisces. ¶ Respondeo tamen, *negan-*

negantem esse falsam . Namque in flumine Lutetiæ simul sunt pisces , & non pisces . Nimis tamen pueriliter infertur , non esse pisces , vbi sunt *non pisces*.

SEXTO . Istæ orationes contradicunt . *Petrus fuit Compluti* : *Petrus non fuit Compluti* . Sunt tamen ambæ veræ . Quando Petrus , scilicet , *Compluti degens* , postmodùm aliò demigrarit inde . ¶ Respondeo tamen , proinde *negantem* falsam esse , quód *tempus* negetur distributè . Esset ergo vera , quando nusquàm Petrus vitam Compluti coluîsset.

SEPTIMO . Istæ orationes contradicunt . *Petrus semper disputat* : *Petrus semper non disputat*. Sunt tamen ambæ falsæ . Patescit *prima* : ostenditur *secunda* . Namque *semper non* idem est , quod *numquam* : sicut *omnis non* idem est , quód *nullus*. Est autem *Petrum numquàm disputare* falsum , siquando disputet . ¶ Respondeo tamen , *enuntiationes istas* , non esse *contradictorias* ; sed

tur *secunda*. Namque rosæ, vtpotè eiusdem sint atomæ speciei, apertè sunt æquales. Nulla ergo earum præstabit cæteris. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* obinde profectò non opponi, quòd *suppositio subiecti* varietur. Namque supponitur vox *rosa*: simpliciter in *prima*; in *altera* verò personaliter. Sic planè accidit in istis. *Homo est species*: *nullus homo est species*. *Animal est genus*: *nullum animal est genus*. ¶ Ecce, *subiectum simpliciter acceptum* eodem modo in *vtraque contradictoria* mansurum erit. Perinde, scilicet, acsi terminus esset singularis. Idem de *voce confusè substituta* existimandum, dixi.

QVINTO. Istæ orationes contradicunt. *In sequana sunt pisces*: *in sequana non sunt pisces*. Sunt tamen ambæ veræ. Patescit *prima*: ostenditur *secunda*. In sequana sunt *non pisces*: quippe sunt lapides, qui non sunt pisces: In sequana ergo non sunt pisces. ¶ Respondeo tamen, negan-

negantem esse falsam. Namque in flumine Lutetiæ simul sunt pisces, & non pisces. Nimis tamen pueriliter infertur, non esse pisces, vbi sunt *non pisces*.

SEXTO. Istæ orationes contradicunt. *Petrus fuit Compluti*: *Petrus non fuit Compluti*. Sunt tamen ambæ veræ. Quando Petrus, scilicet, *Compluti degens*, postmodùm aliò demigrarit inde. ¶ Respondeo tamen, proinde *negantem* falsam esse, quòd *tempus* negetur distributè. Esset ergo vera, quando nusquàm Petrus vitam Compluti coluisset.

SEPTIMO. Istæ orationes contradicunt. *Petrus semper disputat*: *Petrus semper non disputat*. Sunt tamen ambæ falsæ. Patescit *prima*: ostenditur *secunda*. Namque *semper non* idem est, quod *numquam*: sicut *omnis non* idem est, quòd *nullus*. Est autem *Petrum numquàm disputare* falsum, siquando disputet. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas*, non esse *contradictorias*; sed

contrarias . Quòd , scilicet , *semper*, & *numquam* signa sint distributiua temporis . En contradicent , si dicamus . *Petrus semper disputat* : *Petrus aliquando non disputat* . *Numquam disputat* : *aliquando disputat*.

OCTAVO . Istæ orationes contradicunt . *Petrus , qui non loquitur, mouetur* : *Petrus , qui non loquitur, non mouetur* . Sunt tamen ambæ falsæ. Quando , scilicet , vná moueatur, & loquatur . Patescit *prima* , hunc sensum reddens. *Petrus mouetur , & ille non loquitur* . *Enuntiatio* profectò vel obinde *falsa* , quòd , cùm copulatiua planè sit , *vna pars eius* falsa est . ¶ Hunc etiam sensum *secunda* reddit . *Petrus non mouetur, & ille non loquitur* . *Enuntiatio* sanè , quæ , si moueatur Petrus , & loquatur, planissimè omnium falsa est . ¶ Respondeo tamen,nequire nomen *Petrus* pro *loquente* suffici . Sicut enim *homo* non supponitur pro *te*, si pictus adijcis : ita *Petrus* , si *qui non loquitur* adijcias ei , non supponetur

netur pro *loquente*. Conſtat autem, *ſubſtituta voce* pro tacente, *primam* eſſe veram; *ſecundam aliter*.

Vnum hic noueris. *Enuntiationem hanc Petrus, qui non loquitur, mouetur*, non exponi per iſtam. *Petrus non loquitur, & mouetur*. Quòd, ſcilicet, *enuntiatio exponens* ſemper futura ſit *eiuſdem de eodem cum expoſita*. Conſtat autem, *ſubiecto* prædictas diſcrepare. Namque in *prima* nomen *Petrus* ita planè reſtringitur, vt ſolùm ponatur pro *tacente*. Conſtat autem, non ita in *altera* reſtringi. Quid ergo mirum, ſubſiſtente caſu, ſit *prima* vera, falſaque *ſecunda*. ¶ Ob eamdem cauſam contradictoria *primæ* per contradictoriam *ſecundæ* non exponitur. Inſcitè enim cum multis expoſueris. Petrus, qui *non loquitur, non mouetur*: id eſt, *Petrus non loquitur, vel mouetur*. Sunt enim, ſubſiſtente caſu: falſa *prima*, veràque *ſecunda*.

OBIICIES. Contradictoria huius *Petrus non loquitur, & mouetur*,

 non

non sanè ista est. *Petrus non loquitur, vel mouetur*. Sunt enim *ambæ* affirmatiuæ, cùm *copulæ* vacent negatióne. Quod magis premet, si ex copulatiua disiunctiuam colligas. ¶ Respondeo tamen, *disiunctionem* bifariam posse accipi. *Primò*, disiunctiuè tantùm: *secundò* verò, & *disiunctiuè*, & *exclusiuè simul*. Si *primo pacto* sumas, rectè sanè ex copulatiua disiunctiuam inferes. Sin *disiunctiuè*, *&* *exclusiuè* capias: tunc sanè *disiunctiua*, & negans est, & copulatiuæ contradicit, ¶ Tunc autem *disiunctiuè* sumitur, cùm *vnum* statuit; sed non excludit *alterum*. Tunc *disiunctiuè*, *&* *exclusiuè simul*: cùm & *vnum* astruit, & *alterum* explodit.

ROGABIS. Cur *moderatio relatiui* Petrum remoueat à loquente; *absoluta* non item? ¶ Et respondeo, obinde profectò *istud* esse, quòd *moderatio relatiui* ita profectò *subiectum* afficit, vt *verbum*; quod mediatè sequitur, *officio copulæ*, ac *dignita*

nitate priuet. Quò fit, vt *huiusmodi verbum*, potiùs subiecti modus, quàm copula illius, *existimandam* sit. Namque præcedit *copulam*, restringendo *suppositum*. Aliter contingit, *relatiuo semoto*. Quòd, scilicet, *verbum immediatè subsequens*, ita officio, ac dignitate copulæ potiatur, vt *hypothetica* resultet. Constat autem, *adstante voce relatiua*, solùm esse *enuntiationem categoricam*.

NONO. Istæ orationes contradicunt. *Quilibet pater diligit filium: aliquis pater non diligit filium.* Essent tamen veræ, quando singulis patribus *singuli filij* chari forent, vnique illorum inuisus *alter*. ¶ Respondeo tamen, falsam *secundam* fore, subsistente casu. Quòd, scilicet, filium *negatio* distribuerit, *filio ipsi charo* dilectionem *negans*.

DECIMO. Istæ orationes contradicunt. *Quilibet hominis equus currit: aliquis hominis equus non currit*. Forent tamen veræ, si, *possessis currentibus*, vnus esset *homo*,

cui *equus* non foret vllo modo. Est namque verum, non currere equum, qui non est. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* nulla ratione contradicere. Quod *subiectum equus* magis in *prima*, quam in *secunda*, contrahatur. Contradicent ergo, si vtrobique *subiectum* restringatur, vel relaxetur vtrobique.

VNDECIMO. Istæ orationes contradicunt. *Aliquis equus alicuius hominis currit: nullus equus nullius hominis currit*. Sunt tamen veræ, si quiescant *non possesi*, & currat *vnus Petri*. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* nulla ratione contradicere. Quod, scilicet, *subiecto* dissideat manifeste.

DVODECIMO. Istæ orationes contradicunt. *Cuiuslibet contradictionis si vna pars est vera, altera est falsa: cuiuslibet contradictionis non, si vna pars est vera, altera est falsa*. Sunt tamen ambæ veræ. Patescit *prima* ex *lege contradictionis*, quam tractamus. Ostenditur *secun-*

secunda. Istæ sunt contradictoriæ. *Petrus currit, & non currit* : *Petrus non currit, vel currit*. Et tamen, si *prima* vera esset, etiam *secunda* foret vera. Tum, quòd crediderim, *enuntiationem disiunctiuam* semper sub *copulatiua* contineri. Tum etiam, quia bene colliges. *Petrus currit, & non currit* : *ergo Petrus currit*. Rectè prætereà valet. *Petrus currit* : *ergo currit, vel non currit*. Est namque *disiunctum* verum, quoties *vna pars eius* vera est.

¶ Respondeo tamen; planè *secundam* falsam esse. Quód, scilicet, *copulatiua* tunc solùm *disiunctiuam* colligit, cùm disiunctiuè solùm vsurpatur. Si ergo *disiunctiua*, non disiunctiuè tantùm vsurpetur; sed *disiunctiuè*, & *exclusiuè*: nec erit affirmans; nec sub *copulatiua* continebitur. Quid ergo? Verè contradictoria illi, & negatina. ¶ Hoc, obsecro, notaueris. Namque, si illud Nostrates attigerunt, quia fructuosum esset, præterierint.

DECIMOTERTIO. Istæ orationes contradicunt. *Neuter homo disputat: neuter homo non disputat.* Essent tamen falsæ, altero duorum disputante solo. Sic *prima* exponitur. *Duorum nullus disputat.* Sic etiam *altera. Duorum omnis disputat.* Namque *neuter non* est nullus non. Constat autem, *nullus non* æquippollere *omni.* ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* non esse contradictorias; sed contrarias. Est enim *neuter* duorum nullus. Vnde *neuter non* vterque est. Contradicent, si dicas. *Neuter currit: vter currit. Vterque currit, non item alter.*

DECIMOQVARTO. Istæ orationes contradicunt. *Omnes homines sunt albi: aliqui homines non sunt albi.* Essent tamen falsæ, *tribus dumtaxat subsistentibus*: duobus albis, tertióque non item. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* nulla ratione contradicere. Quòd, scilicet, *suppositum prioris* distributum omnino citra dubium sit. Argu-

mento est, rectè posse copulatiuè declarari. Optimè namque sic descendimus. *Omnes homines sunt albi: ergo hic homo est albus, & hic homo est albus, & ita cæteri.* ¶ Ecce, *omnes homines sunt albi* eadem omnino cum *ista* est. *Omnis homo est albus*. Constat autem, *contradictoriam huius* istam esse. *Aliquis homo non est albus*. *Hæc* ergo fuerit, quæ contradicat *priori*, & non *secundæ*. ¶ Sed huius *homines sunt albi* ecqua contradictoria futura erit? Earum *illa* est, quæ dicuntur *plurales*. ¶ Quî, quæso, in his *contradictionem* inueniemus? Negatâ copulâ, *nihilque terminis mutatis*. ¶ Idem prorsus euenit in *enuntiationibus* de subiecto plurali copulato. Sunt huiusmodi. *Omnes Apostoli Dei sunt duodecim*; *omnes ciues sunt ciuitas*: *omnes personæ diuinæ sunt tres*; & aliæ similes. Namque in his, & alijs tunc rectè quidem *contradictoria* designantur, cùm negantur copulæ. ¶ Nec

Proin-

proinde putes, *omne suppositum plurale* supponendum esse copulatè. Hoc enim illi docent, qui *suppositionem copulatam* non satis cognitam, & exploratam habent. Aduertant, obsecro, *suppositiones terminorum*, ne aliunde quidem *internoscendas* esse, quàm ex *resolutione*, vel *descensu*.

DECIMOQVINTO. Istæ orationes contradicunt. *Petrus est omne animal*; *Petrus non est aliquod animal*. Sunt tamen falsæ, vt conspicuè patet. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* hòc ipsó sibi contradicturas esse, quód signum illud *omne*, prædicato adiacens, vnum, & idem maneat in vtraque. Est enim pars extremi, hòc ipsò planè *contradictionem* soluens, quòd aliquomodò mutetur. ¶ Vel dicito, primam enuntiationem *Petrus est omne animal* clarissimè omnium æquiualére huic. *Omne animal est Petrus*. Constat autem, *istam* esse contradictoriam huius. *Aliquod animal non est Petrus*. Quis, quæso, neget,

get, *primum* esse falsam, verámque *secundam*?

DECIMO SEXTO. Istæ orationes contradicunt. *Omne coloratum aliquo colore est coloratum: aliquod coloratum aliquo colore non est coloratum*. Sunt tamen ambæ veræ. Patescit *prima*: ostenditur *secunda*. Namque *album* non est, *nigrore* coloratum. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* hòs ipsò sibi contradicturas esse, quòd *affirmatus color* in priori, abnegetur in *altera*. Nequit tamen *color* abnegari, quin distributiuè supponatur. *Colore* autem vtcumque *distributo*, falsa *posterior* absque dubio est. Fallè namque dicitur, *aliquod esse coloratum*, quod nullo colore coloratum sit. Et istud profectò sonat hæc. *Aliquod coloratum aliquo colore non est coloratum*.

DECIMO SEPTIMO. Istæ orationes contradicunt. *Impossibile est, omne animal esse hominem: possibile est, aliquod animal esse hominem*.

minem. Sunt tamen veræ, verbō *esse* à tempore *absoluto*. Tunc enim *termini* nulla ratione restringuntur. Vnde impossibile erit, vt omne animal sit homo. Namque *equus* non potest esse homo. Erit tamen possibile, vt aliquod animal sit homo. Namque *Antichristus* aliquod animal necessariò est, *quod* itidem homo citra dubium erit. ¶ Respondeo tamen, *secundam* esse falsam. Namque, si verbum *esse* à tempore prorsus absoluatur, *aliquod animal esse hominem*, non tam est possibile, quàm *inexcusabile*, & *necessum*. Opinor autem, saltem in *modalibus*, quæ ratione *modi*, rationéque *dicti* simul opponuntur, *possibile impossibili* eâ solâ ratione contradicturum esse, qua, *vnum contingenti*, verè etiam opponitur *necesso*.

DECIMOOCTAVO. Istæ orationes contradicunt. *Omnis homo est omne animal*: *aliquis homo non est animal*. Sunt tamen falsæ; vt manifestè constat. ¶ Respondeo tamen,

tamen, *enuntiationes istas* non esse *contradictorias*; sed *contrarias*. Non vtique secundùm *præcisum modum enuntiandi*, cum non sint ambæ vniuersales; sed *secundùm legem earum*, vel *naturam*. Seruant enim legem *contrariarum*: quippè numquàm sunt veræ, & possunt esse falsæ. Ne aliud quidem de *cæteris oppositis* dicendum erit, in quibus *idem omnino extremum* distributum maneat.

Contrariæ de lege.

DECIMONONO. Istæ orationes contradicunt. *Omnis homo est animal*: *aliquis homo animal non est*. Sunt tamen ambæ veræ. Patescit *prima*: ostenditur *secunda*. Namque vox *animal*, vtpote *negationem* antecedat, nulla ratione distribuitur; sed ita contrahitur, vt pro *vno* dumtaxàt supponatur. Est autem verum, *quempiam hominem non esse quoppiam animal*. Alexandrum, scilicet, Bucephalum. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* obinde solùm *subcontrarias de*

lege

Subcontrariæ de lege.

lege nominari, quòd *legem earum* imitentur. Namque *opposita*, in quibus *idem* omnino *terminus indistributus* manet, illud perpetuò seruant, *vt simul veræ sint; non item falsæ.*

VIGESIMO. Istæ orationes contradicunt. *Omnis homo est albus: hic homo non est albus.* Sunt tamen falsæ, *homine fusco demonstrato.* ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* nulla ratione contradicere. Quòd *singularis*, scilicet, defectu quantitatis nusquam *vniuersali* contradicat.

Enūtiationes exclusiuæ.

VIGESIMOPRIMO. Istæ orationes contradicunt. *Tantùm homo est animal: tantùm homo non est animal.* Sunt tamen falsæ, vt planè constabit exponenti. ¶ Sic *prima* exponitur. *Tantùm homo est animal.* Id est, *nihil aliud ab homine est animal.* ¶ Exponitur *altera. Tantùm homo non est animal.* Id est, *omne aliud ab homine est animal.* *Vtrumque* profectò falsum est,

vt

vt ad ſenſum patet . ¶ Reſpondeo tamen , *enuntiationes iſtas* non eſſe contradictorias ; ſed contrarias . Ecqua igitur contradictoria *primæ* ? *Iſta* profectò , quæ diuerſa eſt . *Non tantùm homo eſt animal* . Reddit enim hunc ſenſum . *Non tantùm homo eſt animal*. Id eſt , *aliquid aliud ab homine eſt animal* . ¶ *Iſta* erit contradictoria *alterius*. *Non tantùm homo non eſt animal* . Quæ ſic exponitur . *Non tantùm homo non eſt animal* . Id eſt, *aliquid aliud ab homine non eſt animal* . Conſtat autem , aliquid aliud ab homine non eſſe animal . Lapidem, vel Angelum.

Expoſitio excluſiuarum.

Habes *enuntiationes* , quas Sophiſtæ obinde ſanè vocarunt *excluſiuas* , quòd *coniunctione* conſtent *excluſiua* . Vt vides tamen , *omne genus oppoſitionis* abſque dubio habent . Id profectò , quòd ex *ſola expoſitione earum* internoſcendum erit. Proptereà certè *exponibiles* vulgò nominantur.

VIGESIMOSECVNDO.

Iſtæ

Istæ orationes contradicunt. *Omne animal, præter hominem, est album: omne animal, præter hominem, non est album*. Sunt tamen falsæ, vt planè constabit exponenti. ¶ Sic *prima* exponitur. *Omne animal, præter hominem, est album*. Id est, *omne animal, quod non est homo, est album*. ¶ Exponitur *altera*. *Omne animal, præter hominem, non est album*. Id est, *omne animal, quod non est homo, non est album*. Vtrùmque profectò falsum est, vt ad sensum patet. Namque *coruus* animal est, quod non est homo. Quocircà, *omne animal, præter hominem, album esse, & omne animal, præter hominem, non esse album*, pariter falsa procul dubio sunt. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* non esse contradictorias; sed contrarias. ¶ Ecqua igitur contradictoria *prima*? *Ista* profectò, quæ diuersa est. *Non omne animal, quod non est homo, album est*. Reddit enim hunc sensum. *Aliquod animal, quod non est homo, non est album*;

Oppositio exceptiuarum.

bum. ¶ Ista erit contradictoria alterius. *Non omne animal, præter hominem, non est album.* Quæ sic exponitur. *Non omne animal, præter hominem, non est album.* Id est, *aliquod animal, quod non est homo, est album.* Constat autem, aliud esse animal ab homine, quod album est. Cygnum, vel anserem.

Habes *enuntiationes*, quas sophistæ obinde sanè vocarunt *exceptiuas*, quòd *coniunctione* constent *exceptiua*. Vt vides tamen, *omne genus oppositionis* absque dubio habent. Id profectò, quòd ex *sola expositione earum* internoscendum erit. Propterea certè *exponibiles* vulgò nominātur.

VIGESIMOTERTIO. Istæ orationes contrariantur. *Omnis homo inquantùm rationalis, ridet: omnis homo, inquantùm rationalis, non ridet*. Sunt tamen veræ, vt planè constabit exponenti. ¶ Sic *prima* exponitur. *Omnis homo, in quantùm rationalis, ridet*. Id est, *rationalitas est propria causa risus*. Id profectò,

Nn quòd

cui *equus* non foret vllo modo. Est namque verum, non currere equum, qui non est. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* nulla ratione contradicere. Quòd *subiectum equus* magis in *prima*, quàm in *secunda*, contrahatur. Contradicent ergo, si vtrobique *subiectum* restringatur, vel relaxetur vtrobique.

VNDECIMO. Istæ orationes contradicunt. *Aliquis equus alicuius hominis currit*: *nullus equus nullius hominis currit*. Sunt tamen veræ, si quiescant *non possessi*, & currat *onus Petri*. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* nulla ratione contradicere. Quòd, scilicet, *subiecto* dissideat manifestè.

DVODECIMO. Istæ orationes contradicunt. *Cuiuslibet contradictionis si vna pars est vera, altera est falsa*: *cuiuslibet contradictionis non, si vna pars est vera, altera est falsa*. Sunt tamen ambæ veræ. Patescit *prima* ex *lege contradictionis*, quam tractamus. Ostenditur *secun-*

secunda. Istæ sunt contradictoriæ. *Petrus currit, & non currit*: *Petrus non currit, vel currit*. Et tamen, si *prima* vera esset, etiam *secunda* foret vera. Tum, quòd crediderim, *enuntiationem disiunctiuam* semper sub *copulatiua* contineri. Tum etiam, quia bene colliges. *Petrus currit, & non currit*: *ergo Petrus currit*. Rectè prætereà valet. *Petrus currit*: *ergo currit, vel non currit*. Est namque *disiunctum* verum, quoties *vna pars eius* vera est. ¶ Respondeo tamen; planè *secundam* falsam esse. Quòd, scilicet, *copulatiua* tunc solùm *disiunctiuam* colligit, cùm disiunctiuè solùm vsurpatur. Si ergo *disiunctiua*, non disiunctiuè tantùm vsurpetur; sed *disiunctiuè*, & *exclusiuè*: nec erit affirmans; nec sub *copulatiua* continebitur. Quid ergo? Verè contradictoria illi, & negatina. ¶ Hoc, obsecro, notaueris. Namque, si illud Nostrates attigerunt, quia fructuosum esset, prætererint.

DECIMOTERTIO. Iſtæ orationes contradicunt. *Neuter homo diſputat : neuter homo non diſputat.* Eſſent tamen falſæ, altero duorum diſputante ſolo. Sic *prima* exponitur. *Duorum nullus diſputat*. Sic etiam *altera*. *Duorum omnis diſputat*. Namque *neuter non* eſt nullus non. Conſtat autem, *nullus non* æquippollere *omni*. ¶ Reſpondeo tamen, *enuntiationes iſtas* non eſſe contradictorias ; ſed contrarias. Eſt enim *neuter* duorum nullus. Vnde *neuter non* vterque eſt. Contradicent, ſi dicas. *Neuter currit : vter currit. Vterque currit, non item alter.*

DECIMOQVARTO. Iſtæ orationes contradicunt. *Omnes homines ſunt albi : aliqui homines non ſunt albi*. Eſſent tamen falſæ, *tribus dumtaxat ſubſiſtentibus* : duobus albis, tertióque non item. ¶ Reſpondeo tamen, *enuntiationes iſtas* nulla ratione contradicere. Quòd, ſcilicet, *ſuppoſitum prioris* diſtributum omnino citra dubium ſit. Argu-

mento

mento eſt, rectè poſſe copulatiuè declarari. Optimè namque ſic deſcendimus. *Omnes homines ſunt albi: ergo hic homo eſt albus, & hic homo eſt albus, & ita cæteri.* ¶ Ecce, *omnes homines ſunt albi* eadem omnino cum *iſta* eſt. *Omnis homo eſt albus.* Conſtat autem, *contradictoriam huius* iſtam eſſe. *Aliquis homo non eſt albus.* *Hæc* ergo fuerit, quæ contradicat *priori*, & non *ſecunda*. ¶ Sed huius *homines ſunt albi* ecqua contradictoria futura erit? Earum *iſta* eſt, quæ dicuntur *plurales*. ¶ Quî, quæſo, in his *contradictionem* inueniemus? Negatâ copulâ, *nihilque terminis mutatis*. ¶ Idem prorſus euenit in *enuntiationibus* de ſubiecto plurali copulato. Sunt huiuſmodi. *Omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim: omnes ciues ſunt ciuitas: omnes perſonæ diuinæ ſunt tres:* & aliæ ſimiles. Namque in his, & alijs tunc rectè quidem *contradictoria* deſignantur, cùm negantur copulæ. ¶ Nec

Proin-

proinde putes, *omne suppositum plurale* supponendum esse copulatè. Hoc enim illi docent, qui *suppositionem copulatam* non satis cognitam, & exploratam habent. Aduertant, obsecro, *suppositiones terminorum*, ne aliunde quidem internoscendas esse, quàm ex *resolutione*, vel *descensu*.

DECIMOQVINTO. Istæ orationes contradicunt. *Petrus est omne animal*; *Petrus non est aliquod animal*. Sunt tamen falsæ, vt conspicuè patet. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* hòc ipsò sibi contradicturas esse, quòd signum illud *omne*, prædicato adiacens, vnum, & idem maneat in vtraque. Est enim pars extremi, hòc ipsò planè *contradictionem* soluens, quòd aliquomodò mutetur. ¶ Vel dicito, primam enuntiationem *Petrus est omne animal* clarissimè omnium æquiualére huic. *Omne animal est Petrus*. Constat autem, *istam* esse contradictoriam huius. *Aliquod animal non est Petrus*. Quis, quæso, neget,

get, *primum* esse falsam, verâmque *secundam*?

DECIMOSEXTO. Istæ orationes contradicunt. *Omne coloratum aliquo colore est coloratum: aliquod coloratum aliquo colore non est coloratum*. Sunt tamen ambæ veræ. Patescit *prima*: ostenditur *secunda*. Namque *album* non est *nigrore* coloratum. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* hos ipso sibi contradicturas esse, quòd *affirmatus color* in priori, abnegetur in *altera*: Nequit tamen *color* abnegari, quin distributiuè supponatur. *Colore* autem vtcumque *distributo*, falsa *posterior* absque dubio est. Falsè namque dicitur, *aliquod esse coloratum*, quod nullo colore coloratum fit. Et istud profectò sonat hæc. *Aliquod coloratum aliquo colore non est coloratum*.

DECIMOSEPTIMO. Istæ orationes contradicunt. *Impossibile est, omne animal esse hominem: possibile est, aliquod animal esse hominem.*

minem. Sunt tamen veræ, verbō *esse* à tempore *absoluto*. Tunc enim *termini* nulla ratione restringuntur. Vnde impossibile erit, vt omne animal sit homo. Namque *equus* non potest esse homo. Erit tamen possibile, vt aliquod animal sit homo. Namque *Antichristus* aliquod animal necessariò est, *quod* itidem homo citra dubium erit. ¶ Respondeo tamen, *secundam* esse falsam. Namque, si verbum *esse* à tempore prorsus absoluatur, *aliquod animal esse hominem*, non tam est possibile, quàm *inexcusabile*, & *necessum*. Opinor autem, saltem in *modalibus*, quæ ratione *modi*, rationèque *dicti* simul opponuntur, *possibile impossibili* eâ solâ ratione contradictorum esse, qua, *vnum contingenti*, verè etiam opponitur *necesso*.

DECIMOOCTAVO. Istæ orationes contradicunt. *Omnis homo est omne animal* : *aliquis homo non est animal*. Sunt tamen falsæ, vt manifestè constat. ¶ Respondeo tamen,

tamen , *enuntiationes istas* non esse *contradictorias* ; sed *contrarias*. Non vtique secundùm *præcisum modum enuntiandi*, cum non sint ambæ vniuersales ; sed *secundùm legem earum, vel naturam* . Seruant enim legem *contrariarum* : quippè numquàm sunt veræ , & possunt esse falsæ . Ne aliud quidem de *cæteris oppositis* dicendum erit , in quibus *idem omnino extremum* distributum maneat.

Contrariæ de lege.

DECIMONONO. Istæ orationes contradicunt . *Omnis homo est animal* : *aliquis homo animal non est* . Sunt tamen ambæ veræ . Patescit *prima* : ostenditur *secunda* . Namque vox *animal*, vtpote *negationem* antecedat , nulla ratione distribuitur ; sed ita contrahitur , vt pro *vno* dumtaxàt supponatur . Est autem verum , *quempiam hominem non esse quoppiam animal* . Alexandrum, scilicet, Bucephalum . ¶ Respondeo tamen , *enuntiationes istas* obinde solùm *subcontrarias de*

lege

Subcontrariæ de lege.

lege nominari, quòd *legem earum* imitentur. Namque *oppositæ*, in quibus *idem* omnino *terminus indistributus* manet, illud perpetuò seruant, *vt simul veræ sint*; *non item falsæ.*

VIGESIMO. Istæ orationes contradicunt. *Omnis homo est albus: hic homo non est albus.* Sunt tamen falsæ, *homine fusco demonstrato.* ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* nulla ratione contradicere. Quòd *singularis*, scilicet, defectu quantitatis nusquam *vniuersali* contradicat.

Enūtiationes exclusiuæ.

VIGESIMO PRIMO. Istæ orationes contradicunt. *Tantùm homo est animal: tantùm homo non est animal.* Sunt tamen falsæ, vt planè constabit exponenti. ¶ Sic *prima* exponitur. *Tantùm homo est animal.* Id est, *nihil aliud ab homine est animal.* ¶ Exponitur *altera. Tantùm homo non est animal.* Id est, *omne aliud ab homine est animal.* *Vtrumque* profectò falsum est,

vt

vt ad ſenſum patet. ¶ Reſpondeo tamen, *enuntiationes iſtas* non eſſe contradictorias; ſed contrarias. Ecqua igitur contradictoria *primæ*? *Iſta* profectò; quæ diuerſa eſt. *Non tantùm homo eſt animal*. Reddit enim hunc ſenſum. *Non tantùm homo eſt animal*. Id eſt, *aliquid aliud ab homine eſt animal*. ¶ *Iſta* erit contradictoria *alterius*. *Non tantùm homo non eſt animal*. Quæ ſic exponitur. *Non tantùm homo non eſt animal*. Id eſt, *aliquid aliud ab homine non eſt animal*. Conſtat autem, aliquid aliud ab homine non eſſe animal. Lapidem, vel Angelum.

Expoſitio excluſiuarum.

Habes *enuntiationes*, quas Sophiſtæ obinde ſanè vocarunt *excluſiuas*, quòd *coniunctione* conſtent *excluſiua*. Vt vides tamen, *omne genus oppoſitionis* abſque dubio habent. Id profectò, quòd ex *ſola expoſitione earum* internoſcendum erit. Propterea certè *exponibiles* vulgo nominantur.

VIGESIMOSECVNDO.

Iſtæ

bum. ¶ Ista erit contradictoria alterius. *Non omne animal, præter hominem, non est album.* Quæ sic exponitur. *Non omne animal, præter hominem, non est album*. Id est, *aliquod animal, quod non est homo, est album*. Constat autem, aliud esse animal ab homine, quod album est. Cygnum, vel anserem.

Habes *enuntiationes*, quas sophistæ obinde sanè vocarunt *exceptiuas*, quòd *coniunctione* constent *exceptiua*. Vt vides tamen, *omne genus oppositionis* absque dubio habent. Id profectò, quòd ex *sola expositione earum* internoscendum erit. Propterea certè *exponibiles* vulgò nominātur.

VIGESIMOTERTIO. Istæ orationes contrariantur. *Omnis homo inquantùm rationalis, ridet*: *omnis homo, inquantùm rationalis, non ridet*. Sunt tamen veræ, vt planè constabit exponenti. ¶ Sic *prima* exponitur. *Omnis homo, in quantùm rationalis, ridet*. Id est, *rationalitas* est *propria causa risus*. Id profectò,

quod verum, & ratum sine dubiò est?

¶ Exponitur *altera*. *Omnis homo, inquantùm rationalis, non ridet*. Id est, *nullus est homo, qui hoc ipso præcisse ridere possit, quo rationalis est.* Id profectò, quod ne minùs verum, atque ratum est. Non enim homo, *quo* rationalis est, capax *hòc ipso* ridendi est. Est enim rationalis *essentiâ nudâ*: potest ridere *proprietate*. Idémnè *essentia*, quod *proprietas*?

Vt pleniùs *sophisma* dissoluamus, *eam tibi doctrinam* præmittemus, quæ *generalis* est, eòque *præclara*, vt sine illa, vix rectè in *alijs*, philosophari queas. Est ea hæc: Particulâ *inquantùm* illud rectè solùm reduplicari in rebus, *quod verè possit de ipsis affirmari*. Cùm ergo dicimus, *ridere hominem, inquantùm rationalem*, illud in *homine* reduplicamus prædicatum, quod vnum est *homini*. Namque *prædicatum* (sæpè diximus) ni vnum sit *subiecto*, nusquam de *illo* verificari potest.

Egregia doctrina nã dũ vulgo satis explorata.

SVBIECTVM autem, in quo redupli-

plicâmus, dupliciter est aliquid: *Synonymè*; aut paronymè: *substantiuè*; aut *adiectiuè*: *se ipsò*; vel *adiectò*.

Duplex reduplicatio synonymi & paronymi.

Si ergo *subiectum*, in quo reduplicamus, illud, quod reduplicàmus, se ipsô sit: omnia illa valebunt prædicari, quæcumque *subiectum* reduplicatô est. Verè etenim reduplicamus ita. *Petrus* est animal, *inquantùm homo*, rationalis, viuens, & substantia. Quòd, scilicet, *hòc ipsò* præcisè, *quò* homo est, quæcumque sit homo, *futurus* sit: *Animal*, *corpus*, & *substantia*. ¶ Intelligendum est *per se*. Nullus enim hactenùs reduplicarit ita. Petrus, *inquantùm homo*, est hic: rationalis, *vt animal*, corpus, *vt substantia*.

Dereduplicatione synonymi.

Sola illa reduplicanda sunt quæ insunt per se.

ROGABIS. Rectènè sic reduplicari queat? Petrus, *inquantùm hic*, est homo: *vt rationalis*, animal: *vt sensitiuus*, corpus? ¶ Et dicendum est, *reduplicationem essentialem* duplicem sensum exhibere posse: *Physicum*, & *metaphysicum*. In sensu physi-

Duplex sensus reduplicationis.

physico *vtraque reduplicationes* veræ sunt . *Eodem* enim *phisico* , quo vnum eorum *Petrus* est ,*futurus* reliqua citra dubium erit . ¶ In sensu metaphysicò , *illæ* solum *reduplicationes* concedendæ sunt , quibus *vltima ratio* designatur . Nec explodendæ *aliæ* , quòd falsæ sint ; sed , quòd *indoctrinales* , & *inutiles* . Qui namque sic reduplicaret ; *Petrus est homo , in quantùm hic* , verè reduplicaret ; sed ineptè . Solùm enim diceret , *biccitatem* , *&* *hominitatem vnum esse in Petro* . Tam certam rem , vt *stupidi* solùm ignorarint. Stupescunt enim, quicumque negant, *vniuersas rationes metaphysicas* nec ab se , nec à totis distingui , *quibus insunt* . Quocircà , necessum est , vt *res subiecta* , quacúmque sit cætera, quæ est . ¶ In reduplicando igitur, ne *sola* quidem *veritas* disquirenda erit ; sed *vtilitas* etiam *doctrinalis*.

Reduplicatio vera, sed inepta.

Quorsum reduplicamus metaphysice.

Vtilitas autem *doctrinalis* , ne in *eo* quidem tota est, vt , reduplicantes metaphysicè, *solam vnitatẽ rationum* enun-

enuntiemus ; sed in *eo* potius, vt, post *rationes* physicas, *metaphysicas* etiam dignoscamus. Propterea certè *Metaphysica* Græcè, *post Physica* Latijs sonuérunt. Sunt enim *omnia* metaphysicè, idqut *re ipsa*, quotquot *se ipsis* sunt, & sine *adiecto*.

Meta-physica id est, post physica.

Ecce, in Physica *omnia illa* reduplicari possunt, quæ se ipsò *subiectum*, & sine adiecto est. Ita, scilicet, vt veré dicamus de *subiecto*, quicquid *subiectum* sit *reduplicato*. ¶ Doctrinaliter tamen illa solùm *subiecto* attribuêmus, quæ per se prædicentur de *subiecto*. *Æqualia*, scilicet, & *superiora*. Rectè namque reduplicabis ita. Petrus, *inquantùm Petrus*, homo est, animal, corpus, & substantia. Quòd *eò* sit isthæc, *quò* Petrus est. ¶ Verè; sed abs fructu, reduplicabis ita. Petrus, *in quantùm corpus*, viuens est, sensitiuus, & homo. Quòd *eòdem* sit cætera, *quò* corpus. *Reduplicatio physica*, qua, præter *physicam vnitatem extremorum*, nihil venamur in doctrinis.

Reduplicatio physica

 Ecce,

Redu-plicatio meta-physica Ecce, in Metaphysica *illa* dumtaxat reduplicanda sunt, quibus *subiectum* alia est. Ita, scilicet, vt verè dicamus de *subiecto*, quicquid *subiectum* sit *reduplicato*. ¶ Hoc sensu, nec Petrus, *quà Petrus*, homo est, animal, viuens, nec substantia. Quid ergo? HIC. *Quò* obsecro? HICCITATE, quâ ab vniuersis differt rationalibus. ¶ Eòdem sensu, nec *homo* animal, *quà homo*, est. Quid ergo? RATIONALIS. *Quò* obsecro? RATIONALITATE, quâ ab vniuersis differt animalibus. ¶ Est tamen, *inquantùm homo*, rationalis: & econuersò. Quòd, dum metaphysicè loquamur, *eòdem* sit homo, & rationalis. Scilicet, *rationalitate*, *quà* vltimò *homo* homo est. ¶ Vt exinde constet, aliter physicè, aliter metaphysicè, reduplicandum esse. Physicè reduplicamus, cùm asserimus. Petrus *hòc ipsò* animal, *quo* homo, est. Sic reduplicamus metaphysicè. *Hòc ipsò* rationalis, *quo* homo, est. Idem est, si

si dicas. *Hoc ipsô* homo est, quô rationalis.

Quàm insulsè Philosophorum vulgus *vtràmque reduplicationem* internouit! Dicit enim, particulam *inquantùm* bifariam in *disciplinis* vsurpari. *Specificatiuè*, & *reduplicatiuè*. Quòd, scilicet, in *reduplicatione physica subiecti*, non *vltimam rationem*; sed *totam speciem*, *repetamus*. Prædicantes, inquam, de *subiecto*, quæcumque subiectum *reduplicatò* est à *Per se primò* intellige, *quod formaliter* vulgò nominamus. ¶ Solertiùs reduplicamus metaphysicè. Quòd, scilicet, in *reduplicatione metaphysica*, non totam speciem repetamus; sed *differentiam vltimam*. Quocircà reduplicantes metaphysicè, illa solùm dicemus de *subiectis*, quæ vltimò sit *reduplicato*. Rectè proinde reduplicamus ita. *Petrus ridet, inquantùm rationalis*. Non enim *sensus* est, *quò rationalis est, hòc ipsô Petrum ridere actù*. Qualis ergo? *Vnam esse in Petro radicem intelligendi, atque ridendi*.

Carpitur vulgus.

ille sensus citra dubium est. Quòd sit *Petrus*: substantiâ *rationalis*; accidenti *ridens*. Verus est *hic*. Quòd *rationalitas*, quàm *intelligendi*, ne minùs *ridendi*, radix sit.

De reduplicatione paronimi

EGIMVS hactenùs de particula *inquantùm*, vt *illud* eâ reduplicamus in *subiecto*, quod *se ipsô*, *synonymè*, vel *substantiuè est*. ¶ Agamus de *illa*, quatenus *illud* eà in *subiecto* repetimus, quod *adiectò*, *paronymè*, vel *adiectiuè* sit. Id profectò, quod facilè expediemus, si *reduplicationis merè physica*, & *reduplicationis metaphysica*, viuam memoriam teneamus. ¶ Vt igitur in *reduplicatione merè physica* illud reduplicamus, quòd *subiectum* est; illud in *metaphysica*, quò est: sic in *reduplicatione physica paronymi*, aut *illud* repetimus, quod est, illuduè, quò est. Namque *album* (sæpe dixerim) paronymè, pro substituto, vel adiectiuè *sumptum* solùm est corpus: at non est albedo; sed *albedine*.

In *paronymis* ergo, vt in *synonymis*,

nymis, duplex reduplicatio reperitur. *Altera*, quâ id reduplicamus, quod *nominatum* est: quâ illud *altera*, quò *nominatum* est. ¶ Si, quod *paronymon* est, reduplicemus: *reduplicationes istæ* veræ sunt. Petrus, *inquantùm albus*, homo est, animal, viuens, & substantia. Eò, namque, quod est, hæc omnia est. ¶ Si non, quod est; sed, quô *paronymon* est, reduplicemus: sic solùm scitè reduplicandum erit. Petrus, *inquantùm albus*, disgregatiuus visus est, coloratus, & qualis. Est enim hæc omnia *hòc eòdem ipsò*, *quò* & albus est.

Reduplicatio parony my duplex.

Parony mon id est, nominatum.

Reduplicatio scita & doctrinalis.

Ecce, Petrus, *inquantùm albus*, & homo est, animal, & corpus; & disgregatiuus visus, coloratus, & qualis. Sed discrimine. Est enim homo, animal, & corpus, *synonymè*, & *se ipsò*; *adiectò* cætera, & *paronymè*.

Subiectum vt album quotuū sit.

Ecce, in *paronymo* vnum diligenter obseruaturus es. Ne, scilicet, quod *se ipso* est, cum illo confuderis, *quo* est. Est enim PARONYMON

Notādū maximè.

per

lege nominari, quòd *legem earum* imitentur. Namque *opposita*, in quibus *idem* omnino *terminus indistributus* manet, illud perpetuò seruant, *vt simul veræ sint; non item falsæ.*

Subcontrariæ de lege.

VIGESIMO. Istæ orationes contradicunt. *Omnis homo est albus: hic homo non est albus.* Sunt tamen falsæ, *homine fusco demonstrato.* ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* nulla ratione contradicere. Quòd *singularis*, scilicet, defectu quantitatis nusquam *vniuersali* contradicat.

VIGESIMOPRIMO. Istæ orationes contradicunt. *Tantùm homo est animal: tantùm homo non est animal.* Sunt tamen falsæ, vt planè constabit exponenti. ¶ Sic prima exponitur. *Tantùm homo est animal.* Id est, *nihil aliud ab homine est animal.* ¶ Exponitur *altera. Tantùm homo non est animal.* Id est, *omne aliud ab homine est animal. Vtrumque* profectò falsum est,

Enũtiationes exclusiuæ.

vt

vt ad sensum patet. ¶ Respondeo tamen, *enuntiationes istas* non esse contradictorias; sed contrarias. Ecqua igitur conrradictoria *primæ*? *Ista* profectò, quæ diuersa est. *Non tantùm homo est animal.* Reddit enim hunc sensum. *Non tantùm homo est animal.* Id est, *aliquid aliud ab homine est animal.* ¶ *Ista* erit contradictoria *alterius. Non tantùm homo non est animal.* Quæ sic exponitur. *Non tantùm homo non est animal.* Id est, *aliquid aliud ab homine non est animal.* Constat autem, aliquid aliud ab homine non esse animal. Lapidem, vel Angelum.

Expositio exclusiuarum.

Habes *enuntiationes*, quas Sophistæ obinde sanè vocarunt *exclusiuas*, quòd *coniunctione* constent *exclusiua*. Vt vides tamen, *omne genus oppositionis* absque dubio habent. Id profectò, quòd ex *sola expositione earum* internoscendum erit. Propterea certè *exponibiles* vulgo nominantur.

VIGESIMOSECVNDO.

Istæ

bum. ¶ Ista erit contradictoria alterius. *Non omne animal, præter hominem, non est album.* Quæ sic exponitur. *Non omne animal, præter hominem, non est album.* Id est, *aliquod animal, quod non est homo, est album.* Constat autem, aliud esse animal ab homine, quod album est. Cygnum, vel anserem.

Habes *enuntiationes*, quas sophistæ obinde sanè vocarunt *exceptiuas*, quòd *coniunctione* constent *exceptiua*. Vt vides tamen, *omne genus oppositionis* absque dubio habent. Id profectò, quòd ex *sola expositione earum* internoscendum erit. Propterea certè *exponibiles* vulgò nominãtur.

VIGESIMOTERTIO. Istæ orationes contrariantur. *Omnis homo inquantùm rationalis, ridet*: *omnis homo, inquantùm rationalis, non ridet*. Sunt tamen veræ, vt planè constabit exponenti. ¶ Sic *prima* exponitur. *Omnis homo, in quantùm rationalis, ridet*. Id est, *rationalitas* est *propria causa risus*. Id profectò,

quod verum, & ratum sine dubiò est?

¶ Exponitur *altera*. *Omnis homo, inquantùm rationalis, non ridet*. Id est, *nullus est homo, qui hoc ipso præcissè ridere possit, quo rationalis est*. Id profectò, quod ne minùs verum, atque ratum est. Non enim homo, *quo* rationalis est, capax *hòc ipso* ridendi est. Est enim rationalis *essentià nudà*: potest ridere *proprietate*. Idémnè *essentia*, quod *proprietas*?

Vt pleniùs *sophisma* dissoluamus, *eam tibi doctrinam* præmittemus, quæ *generalis* est, eòque *præclara*, vt sine illa, vix rectè in *alijs*, philosophari queas. Est ea hæc. Particulâ *inquantùm* illud rectè solùm reduplicari in rebus, *quod verè possit de ipsis affirmari*. Cùm ergo dicimus, *ridere hominem, inquantùm rationalem*, illud in *homine* reduplicamus prædicatum, quod vnum est *homini*. Namque *prædicatum* (sæpè diximus) ni vnum sit *subiecto*, nusquàm de *illo* verificari potest.

Egregia doctrinanō dū vulgo satis explorata.

SVBIECTVM autem, in quo redupli-

plicâmus, dupliciter est aliquid: *Synonymè*; aut paronymè: *substantiuè*; aut *adiectiuè*: *se ipsô*; vel *adiectô*.

Duplex reduplicatio synonymi & paronymi.

Si ergo *subiectum*, in quo reduplicamus, illud, quod reduplicàmus, se ipsô sit: omnia illa valebunt prædicari, quæcunque *subiectum* reduplicatô est. Verè etenim reduplicamus ita. *Petrus* est animal, *inquantùm homo*, rationalis, viuens, & substantia. Quòd, scilicet, *hòc ipsô* præcisè, *quò* homo est, quæcumque fit homo, *futurus* sit. *Animal*, *corpus*, & *substantia*. ¶ Intelligendum est *per se*. Nullus enim hactenùs reduplicarit ita. Petrus, *inquantùm homo*, est hic: rationalis, *vt animal*: corpus, *vt substantia*.

De reduplicatione synonymi.

Sola illa reduplicanda sunt quæ insunt per se.

ROGABIS. Rectènè sic reduplicari queat? Petrus, *inquantùm hic*, est homo: *vt rationalis*, animal: *vt sensitiuus*, corpus? ¶ Et dicendum est, *reduplicationem essentialem* duplicem sensum exhibere posse: *Physicum*, & *metaphysicum*. In sensu physi-

Duplex sensus reduplicationis.

physico *vtraque reduplicationes* veræ sunt. *Eodem* enim *phisico*, quo vnum eorum *Petrus* est, *futurus* reliqua citra dubium erit. ¶ In sensu metaphysico, *illæ* solum *reduplicationes* concedendæ sunt, quibus *vltima ratio* designatur. Nec explodendæ *aliæ*, quòd falsæ sint; sed, quòd *indoctrinales*, & *inutiles*. Qui namque sic reduplicaret; *Petrus est homo, in quantùm hic*, verè reduplicaret; sed ineptè. Solùm enim diceret, *hiccitatem*, & *hominitatem vnum esse in Petro*. Tam certam rem, vt *stupidi* solùm ignorarint. Stupescunt enim, quicumque negant, *vniuersas rationes metaphysicas* nec ab se, nec à totis distingui, *quibus insunt*. Quocircà, necessum est, vt *res subiecta*, quacúmque sit cætera, quæ est. ¶ In reduplicando igitur, ne *sola* quidem *veritas* disquirenda erit; sed *vtilitas* etiam *doctrinalis*.

Reduplicatio vera; sed inepta.

Quorsum reduplicamus metaphysicè.

Vtilitas autem *doctrinalis*, ne in *eo* quidem tota est, vt, reduplicantes metaphysicè, *solam vnitatē rationum* enun-

enuntiemus; sed in *eo* potiùs, vt, post *rationes* physicas, *metaphysicas* etiam dignoſcamus. Propterea certè *Metaphysica* Græcè, *post Physica* Latijs ſonuérunt. Sunt enim *omnia* metaphyſicè, idqut *re ipſa*, quotquot *ſe ipſis* ſunt, & ſine *adiecto*.

Metaphysica id est, post physica.

Ecce, in Physica *omnia illa* reduplicari poſſunt, quæ ſe ipſò *ſubiectum*, & ſine adiecto eſt. Ita, ſcilicet, vt verè dicamus de *ſubiecto*, quicquid *ſubiectum* ſit *reduplicato*. ¶ Doctrinaliter tamen illa ſolùm *ſubiecto* attribuẽmus, quæ per ſe prædicentur de *ſubiecto*. *Æqualia*, ſcilicet, & *ſuperiora*. Rectè namque reduplicabis ita. Petrus, *inquantùm Petrus*, homo eſt, animal, corpus, & ſubſtantia. Quòd *eò* ſit iſthæc, *quò* Petrus eſt. ¶ Verè, ſed abs fructu, reduplicabis ita. Petrus, *in quantùm corpus*, viuens eſt, ſenſitiuus, & homo. Quòd *eòdem* ſit cætera, *quò* corpus. *Reduplicatio physica*, qua, præter *phyſicam vnitatem extremorum*, nihil venamur in doctrinis.

Reduplicatio physica

 Ecce,

Redu- plicatiò meta- physica

Ecce, in Metaphysica *illa* dumtaxat reduplicanda sunt, quibus *subiectum* alia est. Ita, scilicet, vt verè dicamus de *subiecto*, quicquid *subiectum* sit *reduplicato*. ¶ Hoc sensu, nec Petrus, *quà Petrus*, homo est, animal, viuens, nec substantia. Quid ergo? HIC. *Quò* obsecro? HICCITATE, quâ ab vniuersis differt rationalibus. ¶ Eòdem sensu, nec *homo* animal, *quà homo*, est. Quid ergo? RATIONALIS. *Quò* obsecro? RATIONALITATE, quâ ab vniuersis differt animalibus. ¶ Est tamen, *inquantùm homo*, rationalis: & econuersò. Quòd, dum metaphysicè loquamur, *eòdem* sit homo, & rationalis. Scilicet, *rationalitate*, *quà* vltimò *homo* homo est. ¶ Vt exinde constet, aliter physicè, aliter metaphysicè, reduplicandum esse. Physicè reduplicamus, cùm asserimus. Petrus *hòc ipsò* animal, *quo* homo, est. Sic reduplicamus metaphysicè. *Hòc ipsò* rationalis, *quo* homo, est. Idem est, si

ſi dicas. *Hoc ipſo* homo eſt, quô rationalis.

Quàm inſulſè Philoſophorum vulgus *vtrámque reduplicationem* internouit! Dicit enim, particulam *inquantùm* bifariam in *diſciplinis* vſurpari. *Specificatiuè*, & *reduplicatiuè*. Quòd, ſcilicet, in *reduplicatione phyſicâ ſubiecti*, non *vltimam rationem*; ſed *totam ſpeciem, repetamus*. Prædicantes, inquam, de *ſubiecto*, quæcumque ſubiectum *reduplicatò* eſt: *Per ſe primò* intellige, *quod formaliter* vulgò nominamus. ¶ Solertiùs reduplicamus metaphyſicè. Quòd, ſcilicet, in *reduplicatione metaphyſica*, non totam ſpeciem repetamus; ſed *differentiam vltimam*. Quocircà reduplicantes metaphyſicè, illa ſolùm dicemus de *ſubiecto*, quæ vltimò ſit *reduplicato*. Rectè proinde reduplicamus ita. *Petrus ridet, inquantùm rationalis*. Non enim *ſenſus eſt, quò rationalis eſt, hòc ipſo Petrum ridere actù*. Qualis ergo? *Vnam eſſe in Petro radicem intelligendi, atque ridendi*.

Campiatur vulgus.

nymis, duplex reduplicatio reperitur. *Altera*, quâ id reduplicamus, quod *nominatum* est: quâ illud *altera*, quò *nominatum* est. ¶ Si, quod *paronymon* est, reduplicemus; *reduplicationes istæ* veræ sunt. Petrus, *inquantùm albus*, homo est, animal, viuens, & substantia. Eô, namque, quod est, hæc omnia est. ¶ Si non, quod est; sed, quô *paronymon* est, reduplicemus: sic solùm sciré reduplicandum erit. Petrus, *inquantùm albus*, disgregatiuus visus est, coloratus, & qualis. Est enim hæc omnia *hôc eôdem ipsô*, *quô* & albus est.

Redu-plicatio parony my du-plex.

Parony mon id est, no-mina-tum.

Redu-plicatio scitæ & doctri-nalis.

Ecce, Petrus, *inquantùm albus*, & homo est, animal, & corpus; & disgregatiuus visus, coloratus, & qualis. Sed discrimine. Est enim homo, animal, & corpus, *synonymè*, & *se ipsô*; *adiectô* cætera, & *paronymè*.

Subiec-tum vt album quotuã sit.

Ecce, in *paronymo* vnum diligenter obseruaturus es. Ne, scilicet, quod *se ipso* est, cum illo confuderis, *quo* est. Est enim PARONYMON

Notãdũ maxi-mè.

per

Parony mò quædam est per se, quædã per accidens.

per se, quicquid se ipsò *subiectum* est. Est autem per accidens, quicquid *adiectà formà*. ¶ Vnde fit, vt in *Paronymis* vtrumuis seorsim reduplicandum sit. *Eò reduplicatò*, quod *subiectum* est, rectè *essentialia* prædicabis. Affirmabis *adiecta*, dum illud reduplices, *qua est*.

Quæstio.

ROGABIS. Cur in *paronymo* & illud, quod est, & illud, quô est, reduplicari posśint; non item in *synonymo*? *Duo* enim in *synonymo* procul dubio sunt. *Quod* est, & *qua* est. Est *Petrus* homo. Idque, *se ipsò*, & *substantiuè*. Est *Petrus* homo. Idque, *animà*, quæ aliud ab ipso procul dubio est. Cur igitur in *Petro*, præter illud, quod est, *illud* etiam, quô est, reduplicari nequeat? ¶ Respondeo tamen, inter *synonyma*, & *paronyma* (quod vulgares ignorant) tantum *discrimen* Principem nouisse, vt *synonyma* esse: non esse *paronyma*; sed nominari, diceret. Illum ergo imitans, quî, obsecro, in *paronyma*, illud, quod est, redupli-

Capit. 5 Categoriar. & 1. li. Ero phys. si orũ. cap. 3. text. 27. In strict to sensu Aristotelis pa

duplicari dixeris? Cùm dicimus, illud *formam* esse, quô *subiectum* est tale, non diffiteor, quin etiam à Principe excedamus. Non enim *forma* est, quâ *subiectum* est, vt imperiti putant; sed, quâ *subiectum* dicitur, & *totum* est. Sic ergo laxè proinde sanè loquimur, quòd sic *multitudo* colloquatur. *Loquimur* cum multis; sed *sentimus* cum paucis. Scilicet, *paronymon*, comparatum *synonymo*, non sanè *propriè esse*; sed *vocari*. Propterea certè denominatiuũ vulgò nominatur. ¶ Ecce, si *paronymon* proprissimè esset, quod vocatur: in eo vtique non *formam*, quâ est; sed *ipsum*, quod est, repeterêmus. Quòd, eo reduplicato, quod *subiectum* est, non repeti nequeant, quibus est.

ronymõ non est; sed dicitur.

Imperitia multorum, quæ multa in Philosophia perturbauit.

Id est, non est substantiuè, sed adiectò

Sed in *metaphysicis* cur ea reduplicamus, quibus sunt, illis interim missis, quæ *ipsa* sunt? ¶ Proinde certè, quòd *Metaphysica*, realitatibus *Physicæ* relictis, *formalitatum* solùm absque dubio satagit. Hinc in *suis*

In his, quæ propriè sunt, sæpè multa duplicantur, quæ sunt, & quibus sunt.

suis ne *omnia* quidem, quæ metaphysicè sunt, reduplicamus; sed *quibus* vltimò sunt; & consummantur. Scimus enim, quod ignorare *stupidos* videmus. Scilicet, in *metaphysicis* vniuersas rationes esse vnum. Quocirca, si *physicè* loquamur, *quocumque* sunt cætera, quæ sunt. Restat ergo, vt, *metaphysicè loquentes*, ea solùm quæramus, *quibus* sunt. Laxiùs in *physicis* reduplicandum erit, niquandò accidat, vt *paronyma* solùm repetamus.

Habes *doctrinam*, quæ *Nostrates* fugerit, quæque *magno* nobis *vsui* futura est, cum *Sacrosanctam Incarnationem Verbi Dei* ab erratis eorum vindicemus. *Adesto Christo*. Est enim (Ecclesia clamitat) *æternus filius Dei*, *& Verbum eius*; *& non homo à Deo susceptus* (quod dixerunt impij) *vt alter esset*, *præter ipsum*.

Felix Papa in Concil. Ephesin & Chalcedonē.

¶ Duo ergo in te reduplicanda erunt. *Illud* primò, quod ab æterno es, te ipsò præcisè, & substantiuè. *Alterum* prætereà, *quo* homo es,

adiec-

adiectum, *assumptum*, & *ex tempore*. Primum es, & *primò*: non es secundum; sed *secundo*. Omnia tua illò; nostratia istô. Recula profectò, cuius vel ignorantiâ, vel despectu, ab æmulis nostris, vel hodie quidem, TE TE SVMMAM RERVM *ignoratum* cernis.

HAC DOCTRINA *præmissa*, haud difficulter *sophisma* dissoluemus. Fatemur igitur, verè sibi *enuntiationes istas* contrariari. *Omnis homo*, *inquantùm rationalis*, *ridet*: *omnis homo*, *inquantùm rationalis*, *non ridet*. Negamus tamen, *veras esse*. Namque, quò *prima* vera sit, ne *risus* quidem; sed *radix illius*, prædicanda est. Est enim verum, *omnem hominem*, hôc ipsô præcissè, *quo rationalis est*, substantialem radicem ridendi esse. Vnde, *quo rationalis*, nec in potentia ridet, nec in actu. Ridet in potentia, *facultate ridendi*; ridet in actu, *risione ipsâ*. Cum ergo *facultas* non sit *actus*: nec ridet actu, *quà ridere potest*, nec potest

quod verum, & ratum sine dubiò est?
¶ Exponitur *altera*. *Omnis homo, inquantùm rationalis, non ridet*. Id est, *nullus est homo, qui hoc ipso præcissè ridere possit, quo rationalis est*. Id profectò, quod ne minùs verum, atque ratum est. Non enim homo, *quo* rationalis est, capax *hòc ipso* ridendi est. Est enim rationalis *essentià nudà*: potest ridere *proprietate*. Idémnè *essentia*, quod *proprietas*?

Vt pleniùs *sophisma* dissoluamus, *eam tibi doctrinam* præmittemus, quæ *generalis* est, eòque *præclara*, vt sine illa, vix rectè in *alijs*, philosophari queas. Est ea hæc: Particulâ *inquantùm* illud rectè solùm reduplicari in rebus, *quod verè possit de ipsis affirmari*. Cùm ergo dicimus, *ridere hominem, inquantùm rationalem*, illud in *homine* reduplicamus prædicatum, quod vnum est *homini*. Namque *prædicatum* (sæpè diximus) ni vnum sit *subiecto*, nusquàm de *illo* verificari potest.

Egregia doctrina nondũ vulgo satis explorata.

SVBIECTVM autem, in quo redupli-

plicâmus, dupliciter est aliquid. *Synonymè*; aut paronymè: *substantiuè*; aut *adiectiuè*: *se ipsô*; vel *adiectô*.

Duplex reduplicatio synonymi & paronymi.

Si ergo *subiectum*, in quo reduplicamus, illud, quod reduplicamus, se ipsô sit: omnia illa valebunt prædicari, quæcumque *subiectum* reduplicatô est. Verè etenim reduplicamus ita. *Petrus* est animal, *inquantùm homo*, rationalis, viuens, & substantia. Quòd, scilicet, *hòc ipsô* præcisè, *quò* homo est, quæcumque sit homo, *futurus* sit. *Animal*, *corpus*, & *substantia*. ¶ Intelligendum est *per se*. Nullus enim hactenùs reduplicarit ita. Petrus, *inquantùm homo*, est hic: rationalis, *vt animal*: corpus, *vt substantia*.

De reduplicatione synonymi.

Sola illa reduplicanda sunt quæ insunt per se.

ROGABIS. Rectènè sic reduplicari queat? Petrus, *inquantùm hic* est homo: *vt rationalis*, animal: *vt sensitiuus*, corpus? ¶ Et dicendum est, *reduplicationem essentialem* duplicem sensum exhibere posse: *Physicum*, & *metaphysicum*. In sensu physi-

Duplex sensus reduplicationis.

physico *vtraque reduplicationes* veræ sunt. *Eodem* enim *phisico*, quo vnum eorum *Petrus* est, *futurus* reliqua cirra dubium erit. ¶ In sensu metaphysico, *illæ* solum *reduplicationes* concedendæ sunt, quibus *vltima ratio* designatur. Nec explodendæ *aliæ*, quòd falsæ sint; sed, quòd *indoctrinales*, & *inutiles*. Qui namque sic reduplicaret; *Petrus est homo, in quantùm hic*, verè reduplicaret; sed ineptè. Solùm enim diceret, *hiccitatem*, *&* *hominitatem vnum esse in Petro*. Tam certam rem, vt *stupidi* solùm ignorarint. Stupescunt enim, quicumque negant, *vniuersas rationes metaphysicas* nec ab se, nec à totis distingui, *quibus insunt*. Quocircà, necessum est, vt *res subiecta*, quacúmque sit cætera, quæ est. ¶ In reduplicando igitur, ne *sola* quidem *veritas* disquirenda erit; sed *vtilitas* etiam *doctrinalis*.

Reduplicatio vera; sed inepta.

Quorsum reduplicamus metaphysicè.

Vtilitas autem *doctrinalis*, ne in *eo* quidem tota est, vt, reduplicantes metaphysicè, *solam vnitatē rationum* enun-

enuntiemus ; ſed in *eo* potius, vt, poſt *rationes* phyſicas, *metaphyſicas* etiam dignoſcamus. Propterea certè *Metaphyſica* Græcè, *poſt Phyſica* Latijs ſonuerunt. Sunt enim *omnia* metaphyſicè, idque *re ipſa*, quotquot *ſe ipſis* ſunt, & ſine *adiecto*.

[*Metaphyſica id eſt, poſt phyſica.*]

Ecce, in Phyſica *omnia illa* reduplicari poſſunt, quæ ſe ipſo *ſubiectum*, & ſine adiecto eſt. Ita, ſcilicet, vt verè dicamus de *ſubiecto*, quicquid *ſubiectum* ſit *reduplicato*.

[*Reduplicatio phyſica*]

¶ Doctrinaliter tamen illa ſolùm *ſubiecto* attribuêmus, quæ per ſe prædicentur de *ſubiecto*. *Æqualia*, ſcilicet, & *ſuperiora*. Rectè namque reduplicabis ita. Petrus, *inquantùm Petrus*, homo eſt, animal, corpus, & ſubſtantia. Quòd *eò* ſit iſthæc, *quò* Petrus eſt. ¶ Verè, ſed abs fructu, reduplicabis ita. Petrus, *in quantùm corpus*, viuens eſt, ſenſitiuus, & homo. Quòd *eòdem* ſit cætera, *quò* corpus. *Reduplicatio phyſica*, qua, præter *phyſicam vnitatem extremorum*, nihil venamur in doctrinis.

Reduplicatio metaphysica

Ecce, in Metaphysica *illa* dumtaxat reduplicanda sunt, quibus *subiectum* alia est. Ita, scilicet, vt verè dicamus de *subiecto*, quicquid *subiectum* sit *reduplicato*. ¶ Hoc sensu, nec Petrus, *quà Petrus*, homo est, animal, viuens, nec substantia. Quid ergo? HIC. *Quò* obsecro? HICCEITATE, quâ ab vniuersis differt rationalibus. ¶ Eòdem sensu, nec *homo* animal, *quà homo*, est. Quid ergo? RATIONALIS. *Quò* obsecro? RATIONALITATE, quâ ab vniuersis differt animalibus. ¶ Est tamen, *inquantùm homo*, rationalis: & econuersò. Quòd, dum metaphysicè loquamur, *eòdem* sit homo, & rationalis. Scilicet, *rationalitate*, *quà* vltimò *homo* homo est. ¶ Vt exinde constet, aliter physicè, aliter metaphysicè, reduplicandum esse. Physicè reduplicamus, cùm asserimus. Petrus *hòc ipsò* animal, *quo* homo, est. Sic reduplicamus metaphysicè. *Hòc ipsò* rationalis, *quo* homo, est. Idem est,

si

si dicas. *Hoc ipsò* homo est; quô rationalis.

Quàm insulsè Philosophorum vulgus *vtràmque reduplicationem* internouit! Dicit enim, particulam *inquantùm* bifariam in *disciplinis* vsurpari. *Specificatiuè*, & *reduplicatiuè*. Quòd, scilicet, in *reduplicatione physica subiecti*, non *vltimam rationem*; sed *totam speciem*, *repetamus*. Prædicantes, inquam, de *subiecto*, quæcumque subiectum *reduplicatò* est: *Per se primò* intellige, *quod formaliter* vulgò nominamus. ¶ Solertiùs reduplicamus metaphysicè. Quòd, scilicet, in *reduplicatione metaphysica*, non totam speciem repetamus; sed *differentiam vltimam*. Quocircà reduplicantes metaphysicè, illa solùm dicemus de *subiecto*, quæ vltimò sit *reduplicato*. Rectè proinde reduplicamus ita. *Petrus ridet, inquantùm rationalis*. Non enim *sensus* est, *quò rationalis est, hòc ipsò Petrum ridere actù*. Qualis ergo? *Vnam esse in Petro radicem intelligendi, atque ridendi*.

Carpitur vulgus.

ille sensus citra dubium est. Quòd sit *Petrus*: substantiâ *rationalis*; accidenti *ridens*. Verus est *hic*. Quòd *rationalitas*, quàm *intelligendi*, ne minùs *ridendi*, radix sit.

De reduplicatione paronimi

EGIMVS hactenùs de particula *inquantùm*, vt *illud* eâ reduplicamus in *subiecto*, quod *se ipsô*, *synonymè*, vel *substantiuè est*. ¶ Agamus de *illa*, quatenus *illud* eà in *subiecto* repetimus, quod *adiectò*, *paronymè*, vel *adiectiuè* fit. Id profectò, quod facilè expediemus, si *reduplicationis merè physica*, & *reduplicationis metaphysica*, viuam memoriam teneamus. ¶ Vt igitur in *reduplicatione merè physica* illud reduplicamus, quod *subiectum* est; illud in *metaphysica*, quò est: sic in *reduplicatione physica paronymi*, aut *illud* repetimus, quod est, illuduè, quò est. Namque *album* (sæpe dixerim) paronymè, pro substituto, vel adiectiuè *sumptum* solùm est corpus: at non est albedo; sed *albedine*.

In *paronymis* ergo, vt in *synonymis*,

nymis, duplex reduplicatio reperitur. *Altera*, quâ id reduplicamus, quod *nominatum* est: quâ illud *altera*, quò *nominatum* est. ¶ Si, quod *paronymon* est, reduplicemus: *reduplicationes istæ* veræ sunt. Petrus, *inquantùm albus*, homo est, animal, viuens, & substantia. Eo, namque, quod est, hæc omnia est. ¶ Si non, quod est; sed, quò *paronymon* est, reduplicemus: sic solùm scitè reduplicandum erit. Petrus, *inquantùm albus*, disgregatiuus visus est, coloratus, & qualis. Est enim hæc omnia *hòc eòdem ipsò*, *quò* & albus est.

Reduplicatio parony my duplex.

Parony mon id est, nomina. tam.

Reduplicatio scita & doctrinalis.

Ecce, Petrus, *inquantùm albus*, & homo est, animal, & corpus; & disgregatiuus visus, coloratus, & qualis. Sed discrimine. Est enim homo, animal, & corpus, *synonymè*, & *se ipsò*; *adiectò* cætera, & *paronymè*.

Subiectum vt album quotuã sit.

Ecce, in *paronymo* vnum diligenter obseruaturus es. Ne, scilicet, quod *se ipso* est, cum illo confuderis; *quo* est. Est enim PARONYMON

Notãdũ maximè.

per

Parony-mõquæ-dam est per se, quæ-dã per acci-dens.

per se, quicquid se ipsô *subiectum* est. Est autem per accidens, quicquid *adiectâ formâ*. ¶ Vnde fit, vt in *Paronymis* vtrumuis seorsim reduplicandum sit. *Eô reduplicatô*, quod *subiectum* est, rectè *essentialia* prædicabis. Affirmabis *adiecta*, dum illud reduplices, *qua est*.

Quæstio.

ROGABIS. Cur in *paronymo* & illud, quod est, & illud, quô est, reduplicari possint; non item in *synonymo*? *Duo* enim in *synonymo* procul dubio sunt. *Quod* est, & *qua* est. Est *Petrus* homo. Idque, *se ipsô*, & *substantiuè*. Est *Petrus* homo. Idque, *animâ*, quæ aliud ab ipso procul dubio est. Cur igitur in *Petro*, præter illud, quod est, *illud* etiam, quô est, reduplicari nequeat? ¶ Respondeo tamen, inter *synonyma*, & *paronyma* (quod vulgares ignorant) tantum *discrimen* Principem nouisse, vt *synonyma* esse: non esse *paronyma*; sed nominari, diceret. Illum ergo imitans, quî, obsecro, in *paronymo*, illud, quod est, reduplicari

Capit. 5 Categoriar. & 1. li. bro phy-sicorũ, cap. 3. text. 27. In stric to sensu Aristotelis pa

dupli-

duplicari dixexis? Cùm dicimus, illud *formam* esse, quô *subiectum* est tale, non diffiteor, quin etiam à Principe excedamus. Non enim *forma* est, quâ *subiectum* est, vt imperiti putant; sed, quâ *subiectum* dicitur, & *totum* est. Sic ergo laxè proinde sanè loquimur, quòd sic *multitudo* colloquatur. *Loquimur* cum multis; sed *sentimus* cum paucis. Scilicet, *paronymon*, comparatum *synonymo*, non sanè *propriè esse*; sed *vocari*. Propterea certè denominatiuũ vulgó nominatur. ¶ Ecce, si *paronymon* proprissimè esset, quod vocatur: in eo vtique non *formam*, quâ est; sed *ipsum*, quod est, repeterêmus. Quòd, eo reduplicato, quod *subiectum* est, non repeti nequeant, quibus est.

ronymõ non est; sed dicitur.

Imperitia multorum, quæ multa in Philosophia perturbauit.

Id est, non est substantiuè sed adiectò

In his, quæ propriè sunt, stimulre duplicãtur, quæ sunt, & quibus sũt.

Sed in *metaphysicis* cur ea reduplicamus, quibus sunt, illis interim missis, quæ *ipsa* sunt? ¶ Proinde certè, quòd *Metaphysica*, realitatibus *Physica* relictis, *formalitatum* solùm absque dubio satagit. Hinc in *suis*

suis ne *omnia* quidem, quæ metaphysicè sunt, reduplicamus; sed *quibus* vltimò sunt; & consummantur. Scimus enim, quod ignorare *stupidos* videmus. Scilicet, in *metaphysicis* vniuersas rationes esse vnum. Quocircà, si *physicè* loquamur, *quocumque* sunt cætera, quæ sunt. Restat ergo, vt, *metaphysicè loquentes*, ea solùm quæramus, *quibus* sunt. Laxiùs in *physicis* reduplicandum erit, niquandò accidat, vt *paronyma* solùm repetamus.

Habes *doctrinam*, quæ *Nostrates* fulgerit, quæque *magno* nobis *vsui* futura est, cum *Sacrosanctam Incarnationem Verbi Dei* ab erratis eorum vindicemus. *Adesto Christo*. Est enim (Ecclesia clamitat) *æternus filius Dei*, & *Verbum eius*; & *non homo à Deo susceptus* (quod dixerunt impij) *vt alter esset, præter ipsum*.

Felix Papa in Concil. Ephesin & Chalcedonē.

¶ Duo ergo in te reduplicanda erunt. *Illud* primò, quod ab æterno es, te ipsò præcisè, & substantiuè. *Alterum* prætereà, *quo* homo es, *adiec-*

adiectum, *assumptum*, & *ex tempore*. Primum es, & *primò*: non es secundum; sed *secundo*. Omnia tua illò; nostratia istô. Recula profectò, cuius vel ignorantiâ, vel despectu, ab æmulis nostris, vel hodie quidem, TE TE SVMMAM RERVM *ignoratum* cernis.

HAC DOCTRINA *præmissa*, haud difficulter *sophisma* dissoluemus. Fatemur igitur, verè sibi *enuntiationes istas* contrariari. *Omnis homo, inquantùm rationalis, ridet*: *omnis homo, inquantùm rationalis, non ridet*. Negamus tamen, *veras esse*. Namque, quò *prima* vera sit, ne *risus* quidem; sed *radix illius*, prædicanda est. Est enim verum, *omnem hominem*, hôc ipsô præcissè, *quo rationalis est*, substantialem radicem ridendi esse. Vnde, *quo rationalis*, nec in potentia ridet, nec in actu. Ridet in potentia, *facultate ridendi*; ridet in actu, *risione ipsâ*. Cum ergo *facultas* non sit *actus*: nec ridet actu, *quà ridere potest*, nec potest

quod verum, & ratum sine dubiò est?

¶ Exponitur *altera*. *Omnis homo, inquantùm rationalis, non ridet*. Id est, *nullus est homo, qui hoc ipso præcissè ridere possit, quo rationalis est*. Id profectò, quod ne minùs verum, atque ratum est. Non enim homo, *quo* rationalis est, capax *hòc ipso* ridendi est. Est enim rationalis *essentià nudà*: potest ridere *proprietate*. Idémnè *essentia*, quod *proprietas*?

Vt pleniùs *sophisma* dissoluamus, *eam tibi doctrinam* præmittemus, quæ *generalis* est, eòque *præclara*, vt sine illa, vix rectè in *alijs*, philosophari queas. Est ea hæc. Particulâ *inquantùm* illud rectè solùm reduplicari in rebus, *quod verè possit de ipsis affirmari*. Cùm ergo dicimus, *ridere hominem, inquantùm rationalem*, illud in *homine* reduplicamus prædicatum, quod vnum est *homini*. Namque *prædicatum* (sæpè diximus) ni vnum sit *subiecto*, nusquam de *illo* verificari potest.

Egregia doctrina nódù vulgo satis explorata.

SVBIECTVM autem, in quo redupli-

plicâmus, dupliciter est aliquid. *Synonymè*; aut paronymè: *substantiuè*; aut *adiectiue*: *se ipsô*; vel *adiectô*.

Duplex reduplicatio synonymi & paronymi.

Si ergo *subiectum*, in quo reduplicamus, illud, quod reduplicamus, se ipsô sit: omnia illa valebunt prædicari, quæcumque *subiectum* reduplicatô est. Verè etenim reduplicamus ita. *Petrus* est animal, *inquantùm homo*, rationalis, viuens, & substantia. Quòd, scilicet, *hòc ipsô* præcisè, *quò* homo est, quæcumque sit homo, *futurus* sit. *Animal*, *corpus*, & *substantia*. ¶ Intelligendum est *per se*. Nullus enim hactenùs reduplicarit ita. Petrus, *inquantùm homo*, est hic: rationalis, *vt animal*: corpus, *vt substantia*.

De reduplicatione synonymi.

Sola illa reduplicanda sunt quæ insunt per se.

ROGABIS. Rectènè sic reduplicari queat? Petrus, *inquantùm hic*, est homo: *vt rationalis*, animal: *vt sensitiuus*, corpus? ¶ Et dicendum est, *reduplicationem essentialem* duplicem sensum exhibere posse. *Physicum*, & *metaphysicum*. In sensu physi-

Duplex sensus reduplicationis.

physico *vtraque reduplicationes* veræ sunt. *Eodem* enim *phisico*, quo vnum eorum *Petrus* est, *futurus* reliqua cirra dubium erit. ¶ In sensu metaphysico, *illæ* solum *reduplicationes* concedendæ sunt, quibus *vltima ratio* designatur. Nec explodendæ *aliæ*, quòd falsæ sint; sed, quòd *indoctrinales*, & *inutiles*. Qui namque sic reduplicaret; *Petrus est homo, in quantùm hic*, verè reduplicaret; sed ineptè. Solùm enim diceret, *hiccitatem*, *&* *hominitatem vnum esse in Petro*. Tam certam rem, vt *stupidi* solùm ignorarint. Stupescunt enim, quicumque negant, *vniuersas rationes metaphysicas* nec ab se, nec à totis distingui, *quibus insunt*. Quocircà, necessum est, vt *res subiecta*, quacúmque sit cætera, quæ est. ¶ In reduplicando igitur, ne *sola* quidem *veritas* disquirenda erit; sed *vtilitas* etiam *doctrinalis*.

Reduplicatio vera; sed inepta.

Quorsum reduplicamus metaphysicè.

Vtilitas autem *doctrinalis*, ne in *eo* quidem tota est, vt, reduplicantes metaphysicè, *solam vnitatē rationum* enun-

enuntiemus; sed in *eo* potiùs, vt, post *rationes* physicas, *metaphysicas* etiam dignoscamus. Propterea certè *Metaphysica* Græcè, *post Physica* Latijs sonuérunt. Sunt enim *omnia* metaphysicè, idqut *re ipsa*, quotquot *se ipsis* sunt, & fine *adiecto*.

Metaphysica id est, post physica.

Ecce, in Physica *omnia illa* reduplicari possunt, quæ se ipsò *subiectum*, & sine adiecto est. Ita, scilicet, vt verè dicamus de *subiecto*, quicquid *subiectum* sit *reduplicato*.

Reduplicatio physica

¶ Doctrinaliter tamen illa solùm *subiecto* attribuêmus, quæ per se prædicentur de *subiecto*. *Æqualia*, scilicet, & *superiora*. Rectè namque reduplicabis ita. Petrus, *inquantùm Petrus*, homo est, animal, corpus, & substantia. Quòd *eò* sit isthæc, *quò* Petrus est. ¶ Verè, sed abs fructu, reduplicabis ita. Petrus, *in quantùm corpus*, viuens est, sensitiuus, & homo. Quòd *eòdem* sit cætera, *quò* corpus. *Reduplicatio physica*, qua, præter *physicam vnitatem extremorum*, nihil venamur in doctrinis.

 Ecce,

Redu-plicatio meta-physica

Ecce, in Metaphysica *illa* dumtaxat reduplicanda sunt, quibus *subiectum* alia est. Ita, scilicet, vt verè dicamus de *subiecto*, quicquid *subiectum* sit *reduplicato*. ¶ Hoc sensu, nec Petrus, *quà Petrus*, homo est, animal, viuens, nec substantia. Quid ergo? HIC. *Quò* obsecro? HICCITATE, quâ ab vniuersis differt rationalibus. ¶ Eòdem sensu, nec *homo* animal, *quà homo*, est. Quid ergo? RATIONALIS. *Quò* obsecro? RATIONALITATE, quâ ab vniuersis differt animalibus. ¶ Est tamen, *inquantùm homo*, rationalis: & econuersò. Quód, dum metaphysicè loquamur, *eòdem* sit homo, & rationalis. Scilicet, *rationalitate*, *quà* vltimò *homo* homo est. ¶ Vt exinde constet, aliter physicè, aliter metaphysicè, reduplicandum esse. Physicè reduplicamus, cùm asserimus. Petrus *hòc ipsò* animal, *quo* homo, est. Sic reduplicamus metaphysicè. *Hòc ipsò* rationalis, *quo* homo, est. Idem est, si

ß dicas. *Hoc ipsò* homo est, quô rationalis.

Quàm insulsè Philosophorum vulgus *vtrámque reduplicationem* internouit! Dicit enim, particulam *inquantùm* bifariam in *disciplinis* vsurpari. *Specificatiuè*, & *reduplicatiuè*. Quòd, scilicet, in *reduplicatione physica subiecti*, non *vltimam rationem*; sed *totam speciem*, *repetamus*. Prædicantes, inquam, de *subiecto*, quæcumque subiectum *reduplicatò* est? *Per se primò* intellige, *quod formaliter* vulgò nominamus. ¶ Solertiùs reduplicamus metaphysicè. Quòd, scilicet, in *reduplicatione metaphysica*, non totam speciem repetamus; sed *differentiam vltimam*. Quocircà, reduplicantes metaphysicè, illa solùm dicemus de *subiecto*, quæ vltimò sit *reduplicato*. Rectè proinde reduplicamus ita. *Petrus ridet, inquantùm rationalis*. Non enim *sensus est*, *quò rationalis est, hòc ipsò Petrum ridere actù*. Qualis ergo? *Vnam esse in Petro radicem intelligendi, atque ridendi.*

Carpitur vulgus.

 Fal-

nymis, duplex reduplicatio reperitur. *Altera*, quâ id reduplicamus, quod *nominatum* est: quâ illud *altera*, quò *nominatum* est. ¶ Si, quod *paronymon* est, reduplicemus: *reduplicationes istæ* veræ sunt. Petrus, *inquantùm albus*, homo est, animal, viuens, & substantia. Eò, namque, quod est, hæc omnia est. ¶ Si non, quod est; sed, quô *paronymon* est, reduplicemus: sic solùm sciré reduplicandum erit. Petrus, *inquantùm albus*, disgregatiuus visus est, coloratus, & qualis. Est enim hæc omnia *hòc eòdem ipsò*, *quò* & albus est.

Reduplicatio parony my duplex.

Parony mon id est, nominatum.

Reduplicatio scita & doctrinalis.

Ecce, Petrus, *inquantùm albus*, & homo est, animal, & corpus; & disgregatiuus visus, coloratus, & qualis. Sed discrimine. Est enim homo, animal, & corpus, *synonymè*, & *se ipsò*; *adiectò* cætera, & *paronymè*.

Subiectum vt album quotuâ sit.

Ecce, in *paronymo* vnum diligenter obseruaturus es. Ne, scilicet, quod *se ipso* est, cum illo confuderis, *quo* est. Est enim PARONYMON

Notádú maximè.

per

Paronymo quædam est per se, quædam per accidens.

per se, quicquid se ipsò *subiectum* est. Est autem per accidens, quicquid *adiectâ formâ*. ¶ Vnde fit, vt in *Paronymis* vtrumuis seorsim reduplicandum sit. *Eò reduplicatò*, quod *subiectum* est, rectè *essentialia* prædicabis. Affirmabis *adiecta*, dum illud reduplices, *quo est*.

Quæstio.

ROGABIS. Cur in *paronymo* & illud, quod est, & illud, quô est, reduplicari possint; non item in *synonymo*? *Duo* enim in *synonymo* procul dubio sunt. *Quod* est, & *quo* est. Est *Petrus* homo. Idque, *se ipsò*, & *substantiuè*. Est *Petrus* homo. Idque, *animà*, quæ aliud ab ipso procul dubio est. Cur igitur in *Petro*, præter illud, quod est, *illud* etiam, quô est, reduplicari nequeat? ¶ Respondeo tamen, inter *synonyma*, & *paronyma* (quod vulgares ignorant) *tantum discrimen* Principem nouisse, vt *synonyma* esse: non esse *paronyma*; sed nominari, diceret. Illum ergo imitans, quî, obsecro, in *paronymo*, illud, quod est, redupli-

Capit. 5 Categoriar. & 1. libro physicorũ, cap. 3. text. 27. In strictò sensu Aristotelis pa

duplicari dixexis? Cùm dicimus, illud *formam* esse, quô *subiectum* est tale, non diffiteor, quin etiam à Principe excedamus. Non enim *forma* est, quâ *subiectum* est, vt imperiti putant; sed, quâ *subiectum* dicitur, & *totum* est. Sic ergo laxè proinde sanè loquimur, quòd sic *multitudo* colloquatur. *Loquimur* cum multis; sed *sentimus* cum paucis. Scilicet, *paronymon*, comparatum *synonymo*, non sanè *propriè esse*; sed *vocari*. Propterea certè denominatiuũ vulgò nominatur. ¶ Ecce, si *paronymon* proprissime esset, quod vocatur: in eo vtique non *formam*, quâ est; sed *ipsum*, quod est, repeterêmus. Quòd, eo reduplicato, quod *subiectum* est, non repeti nequeant, quibus est.

ronymō non est; sed dicitur.

Imperitia multorum, quæ multa in Philosophia perturbauit.

Id est, non est substantiuè sed adiectò

Sed in *metaphysicis* cur ea reduplicamus, quibus sunt, illis interim missis, quæ *ipsa* sunt? ¶ Proinde certè, quòd *Metaphysica*, realitatibus *Physica* relictis, *formalitatum* solùm absque dubio satagit. Hinc in *suis*

In his, quæ propriè sunt, sæpe multe duplicātur, quæ sunt, & quibus sūt.

adiectum, *assumptum*, & *ex tempore*. Primum es, & *primò*: non es secundum; sed *secundo*. Omnia tua illò; nostratia istô. Recula profectò, cuius vel ignorantiâ, vel despectu, ab æmulis nostris, vel hodie quidem, TE TE SVMMAM RERVM *ignoratum* cernis.

HAC DOCTRINA *præmissa*, haud difficulter *sophisma* dissoluemus. Fatemur igitur, verè sibi *enuntiationes istas* contrariari. *Omnis homo, inquantùm rationalis, ridet: omnis homo, inquantùm rationalis, non ridet*. Negamus tamen, *veras esse*. Namque, quò *prima* vera sit, ne *risus* quidem; sed *radix illius*, prædicanda est. Est enim verum, *omnem hominem*, hôc ipsô præcissè, *quo rationalis est*, substantialem radicem ridendi esse. Vnde, *quo rationalis*, nec in potentia ridet, nec in actu. Ridet in potentia, *facultate ridendi*: ridet in actu, *risione ipsâ*. Cum ergo *facultas* non sit *actus*: nec ridet actu, *quà ridere potest*, nec potest

test ridere, *qua actu ridet*. ¶ Idem de *hac enuntiatione* dicendum est, *quam* veram Nostrates arbitrantur. *Ignis calefacit, vt calidus*. Erit vera, si *calefaciendi potentiam* prædicemus. Erit falsa, si prædicemus *actum*. Non enim *ignis hôc ipsô* calefacit, *quò calidus*; sed promptus eò est, vt calefactione calefaciat. ¶ Ecce, *secunda*, quo sensu *prima* vera sit, *eodem* falsa citra dubium est. Est enim falsum, *nullum esse hominem*, in quo *rationalitas* prima ridendi radix necessariò sit. ¶ Ecce, *secunda*, quo sensu *prima* falsa sit, *eodem* vera citra dubium est. Est enim verum, *nullum esse hominem*, qui hóc ipsó rideat, *quo rationalis est*. Namque *homo* simul est rationalis, atque ridet: *se ipso* ille; *adiecto* iste. ¶ Quid, si diuerso sensu *alterutra earum* exponatur? Quippe non opponuntur, nihil hîc de illis satagendum esse.

Oppositio reduplicatiuarum.

SED QVONIAM *prædicta enuntia-*

tia

tiationes, eodem modo sumptæ, contrariæ sunt: quó pleniùs *opposi-tionem* extricemus, *contradictorias earum* detegâmus.

PRIMA est. *Omnis homo, in quantùm rationalis, ridet*. Quæ sic exponitur. *Omnis homo ridet hôc ipsô, quò rationalis est*. ¶ Contradictoria est. *Non omnis homo, in-quantùm rationalis, ridet*. Quæ sic exponitur. *Aliquis homo hôc ipsô, quò rationalis est, non ri-det*.

SECVNDA est. *Omnis homo, in-quantùm rationalis, non ridet*. Quæ sic exponitur. *Nullus homo hôc ip-sô ridet, quò rationalis est*. ¶ Contradictoria est. *Non omnis homo, inquantùm rationalis, non ridet*. Quæ sic exponitur. *Aliquis homo hôc ipsô ridet, quò rationalis est*.

Putant vulgò, *vniuersum genus causæ* reduplicari posse. Decipiuntur. *Illud* enim *solum* reduplicamus in *subiecto*, QVO *subiectum est*. *Hoc* autem, *quò subiectum* est (dica-

(dicebamus nuper) essentia, vel forma futurum est. *Illa* in synonymis; *ista* in paronymis. Quicquid enim *res* est, vel *se ipsa solùm*, vel *adiecto* est. *Substantiuè*; aut *adiectiue*: *synonymè*; aut *paronymè*.

¶ Sed de *oppositione enuntiationum* hucusque satis.

EXPO-

EXPOSITIO
SALII.
IN TERTIVM FABRICAE.

PROLOGVS.

EGI in tertio libro de *syllogismo simplici*, qui categoricus vulgò nominatur. *Compositum* præterij, quem *hypotheticum* passim vocitamus. Cur putas? Propterea certè, quòd Aristoteles (ait S. Thomas 1. libro Peri-

Oo hermeneias

hermenias, lectione 1.) solùm egit de *syllogismis categoricis*. ¶ Discusseram in primo *materiam remotam syllogismi*: *proximam* in altero. Ecce, cur me in tertio *solius formæ syllogisticæ* satagentem videris.

CAPVT TERTIVM.

DE TRIPLICI FIGVRA SYLLOGISMI.

SECTIO CAPITIS.

INTENTIO fuit, syllogisticam formam indagare. Duo præstiti. ¶ *Primùm*, definiui figuram in communi, eámque diuisi. ¶ *Secundò*, tres diuisionis partes internoui.

PERIOCHA TEXTVS.

1 FIGVRA *syllogistica* nihil aliud esse putanda est, quàm *dispositio medij*, *habita ratione subiecti*, & *prædicati*. ¶ Hæc autem dispositio triplex est. Etenim *medium* in præmissis, vel prædicatur solùm: vel subijcitur solùm: vel prædicatur simul, & subijcitur.

2 Tres ergo sunt *figura syllogismi*. ¶ *Prima* est, cùm in *vna* subijcitur, in *alia* prædicatur. ¶ *Secunda* est, cùm prædicatur in *vtraque*. ¶ *Tertia*, cùm subijcitur.

ILLVSTRATIO TEXTVS APHORISTICA.

ARISTOTELES 1. libro Priorum Analyticorum, capitibus 22.& 23. *tres tantùm esse figuras syllogisticas*, luculentissimè omnium demonstrauit. Ex *triplici*, inquam, *combinatione medij cum extremis*, *attentâ solùm ratione subiecti*, *& prædicati*, Namque *medium* (ait) vel subijcitur tantùm; vel prædicatur tantùm; vel subijcitur, & prædicatur simul. Sunt figuræ: *tertium* prima, *primum* tertia, media *medium*.

Ecce, *syllogismus* eiusdem omnino figuræ putandus est, subijciatur

me-

medium in maiori, & prædicetur in minori; vel econuersò. Namque *combinatio hæc*, quæ *primam figuram* absque dubio statuit, *vtriusque dispositionis* capax est. Etenim, vt *humana corpora*, pro diuersitate dispositionum, vel affectuum, & rectè habere, & ægrotare possunt: sic etiam *syllogismi*, qui in *prima figura* fabricantur, tum *naturali dispositione præmissarum*, tum etiam *præternaturali*, possunt affici. ¶ Constant *naturali*, cùm *medius terminus* subiectum *maioris*, & prædicatum est *minoris*. ¶ Luxantur verò, cùm ita *præmissæ* transponuntur, vt prædicetur *medium* in *maiori*, subijciatur in *minori*. Morbus profectò, quem vel Galenus ipse non cognouit. Quî aliter *quartam figuram* confinxisset, vt in ea *luxatos prioris* collocaret?

Syllogismus primæ figuræ duplexus, & luxatus.

Syllogismi sani primæ figuræ.

Syllogismi luxati primæ figuræ.

Galenus.

In qualibet trium figurarum *sedecim tantùm syllogizandi modi reperiuntur*. ¶ Sunt quidam vtiles. Illi, scilicet, qui non *qualemcum*-

quæ consequentiam continent; sed *consistentem, ratam, & formalem.* ¶ Sunt alij inutiles. Illi, scilicet, qui *eam* in se se *consequentiam* continent, in qua & *antecedens* verum, & *consequens* falsum, facilè possint inueniri.

Definitio syllogismi cōmunissima.

Sed *constantes*, & *cassi* in eo planè coeunt, *vt sint oratio, in qua quibusdam positis* (id est, duabus præmissis in modo figuræ collocatis) *aliud exinde sequi, denotamus.* Discrepant in eo, vt nequeant in illis *antecedens* verum, & *consequens* falsum reperiri; possint verò in istis.

Ecce, cur Philosophus, non *qualemcumque syllogismum* finiens; sed *illum* tantum, qui in *vtili, & consistenti modo* fabricatur, sic scripsit. Syllogismus est *oratio, in qua quibusdam positis, aliud ab his necessariò accidit, eò, quòd hæc sunt.*

Definitio syllogismi boni & efficacis.

Ecce, *definitiones syllogismi. Significatio* in prima: *veritas* explicatur in secunda. *Vtram internam orationi* putas?

VTI-

VTILES, & *consistentes modos*, in tribus figuris *internoscendi ars*, duplici *praeceptorum genere*, iuuanda est. *Communium* omnibus: & *propriorum* singulis.

Praecepta syllogizandi duplicia sunt.

PRIMVM illorum est. Omnis figura bifariam malè colligit. Scilicet, ex vtrâque praemissa particulari, & ex vtrâque negatiua.

Cõmunia.

SECVNDVM est. Conclusio semper sequitur debiliorem partem. Ita, scilicet, vt nequeat esse vniuersalis, si altera praemissarum particularis sit; nec, si negatiua, affirmatiua.

Hinc fit, vt *medium* nusquàm non in altera praemissarum distribuendum sit. ¶ Cauendum tamen est, nequis sit *terminus* in *conclusione* distributus, qui non sit distributus in *praemissis*. Accipito *propria*.

PRIMA *figura* bifariam malè colligit. Scilicet, ex *maiori* particulari; & ex *minori* negatiua. Priorum 1. capite 4. Id profectò, quod in *modis* solùm directè *concludentibus* intelligendum est.

Propria.

SECVNDA *figura* bifariam malè colligit. Scilicet, ex *maiori* particulari; & ex *vtràque præmissa affirmatiua*. Priorum 1. capite 5.

TERTIA *figura* nihil rectè colligit, ex *minori negante*. Priorum 1. capite 6.

VTRAQVE PRAECEPTA, communia, & *propria*, sic vulgò solent expediri.

Præcepta communia rectè syllogizandi.

COMMVNIA omnibus tria sunt. ¶ *Primùm* est, *Nulla figura* rectè colligit ex duabus propositionibus particularibus, indefinitis, aut singularibus. Ecce *syllogismus primæ figuræ syllogisticæ*, qui ex puris particularibus verum sanè colligit. *Aliquod animal est viuens: aliquis homo est animal: ergo aliquis homo est viuens.* Hic tamen non rectè colligit ratione formæ; sed ratione materiæ. Patescit inde, quòd *antecedens* verum, & *consequens* falsum, in *simili dispositione terminorum*, ne vsquàm repugnet inueniri. Ecce *syllogismus* eius-

eiusdem dispositionis terminorum, cuius *propositiones* veræ sunt, falsáque *conclusio*. *Aliqua substantia est lapis: aliquis homo est substantia: ergo aliquis homo est lapis.*

Secundum est. *Nulla figura* rectè colligit ex *vtraque propositione* negatiua. Ecce *syllogismus primæ figuræ syllogisticæ*, qui ex puris præmissis negatiuis verum sanè colligit. *Nullus homo est lapis: nullus equus est homo: ergò nullus equus est lapis*. Hic tamen non rectè colligit ratione formæ; sed ratione materiæ. Patescit inde, quòd *antecedens* verum, & *consequens* falsum, in *simili dispositione terminorum*, ne vsquàm repugnet inueniri. Ecce *syllogismus eiusdem dispositionis terminorum*, cuius propositiones veræ sunt, falsáque *conclusio*. *Nullus homo est lapis: nulla margarita est homo: ergo nulla margarita est lapis.*

Tertium est. *Nulla figura* est, in

in qua *conclusio* debiliorem partem *antecedentis* non sequatur. Ita, scilicet, vt nequeat esse vniuersalis, si *altera præmissarum* particularis sit, nec, si negatiua, affirmatiua. Ecce *syllogismus primæ figuræ syllogistica*, qui, alterâ præmissâ particulari constans, vniuersaliter infert *conclusionem*. *Aliquod animal est viuens: omnis homo est animal: ergo omnis homo est viuens*. Hic tamen non rectè colligit ratione formæ; sed ratione materiæ. Patescit inde, quòd *antecedens* verum, & *consequens* falsum, in *simili dispositione terminorum*, nequaquam repugnet inueniri. Ecce *syllogismus eiusdem dispositionis terminorum*, cuius propositiones veræ sunt, falsaque *conclusio*. *Aliquod animal est brutum: omnis homo est animal: ergo omnis homo est brutum*. ¶ Ecce *syllogismus primæ figuræ syllogistica*, qui, alterâ præmissâ negatiuâ constans, affirmatè concludit. *Nullum animal est planta: aliquod viuens est ani-*

animal: ergo aliquod viuens est planta. Hic tamen non rectè colligit ratione formæ; sed ratione materiæ. Patescit inde, quòd *antecedens* verum, & *consequens* falsum, in *simili dispositione terminorum*, ne vsquàm repugnet inueníri. Ecce *syllogismus eiusdem dispositionis terminorum*, cuius propositiones veræ sunt, falsáque *conclusio*. *Nullum animal est lapis: aliquis homo est animal: ergo aliquis homo est lapis.* ¶ Idem continget in cæteris figuris, vt constabit quærenti.

SIC PROPRIA solent expediri.

¶ IN PRIMA FIGVRA duo syllogizandi præcepta obseruanda sunt. ¶ *Primum* est. *Maior propositio* semper debet esse vniuersalis. Falsum ex vero colligemus aliter. Quod ita facimus. *Aliquod animal est equus: omnis homo est animal: ergo omnis homo est equus.* ¶ *Secundum* est. *Minor propositio* non debet esse negans. Falsum ex vero colligêmus

Præcepta propria rectè syllogizandi. 1. Figura.

mus aliter. Quod ita facimus. *Omnis homo est animal : nullus equus est homo : ergo nullus equus est animal.*

2. Figura.

In secunda figura duo syllogizandi præcepta obseruanda sunt. ¶ *Primum* est. *Maior propositio* semper debet esse vniuersalis. Falsum ex vero colligêmus aliter. Quod ita facimus. *Aliquod animal est brutum : omnis homo est animal : ergo aliquis homo est brutum.* ¶ *Secundum* est. *Altera præmissarum* semper debet esse negatiua. Falsum ex vero colligêmus aliter. Quod ita facimus. *Omnis homo est animal : omnis equus est animal : ergo omnis equus est homo.*

3. Figura.

In tertia figura vnicum syllogizandi præceptum obseruandum est. ¶ *Sit illud hoc. Minor propositio* semper debet esse affirmatiua. Falsum ex vero colligêmus aliter. Quod ita facimus. *Omnis homo est animal : nullus homo*

imo est equus: ergo aliquis equus non est animal.

Habes iam *præcepta rectè syllogizandi*, & *colligendi*. Tam *clara, conspicua*, & *euidentia*, vt experimento demonstrentur. Si tamen plura cupias, consulendus tibi S. Thomas erit, tractatu 1. de syllogismo, capite 5. & 2. capite priori.

S. Th.

SVBIICIAM dictis *duo præcepta recentiorum*. Quòd ea mihi sint, ex quibus, quotquot alij congerunt, clarissimè nasci videantur.

Duo præcepta recentiorũ.

Primum est: *Medium* in altera præmissarum semper completè distribuendum erit. Ecce *syllogismus*, qui huius defectu ineptus, & vitiosus absque dubio est. *Aliquod animal est bipes: aliquis equus est animal: ergo aliquis equus est bipes. Hic syllogismus* obinde profectò fallax est, *quòd non constet medio distributo*. Accipito *alterum*, obinde sanè

Primũ

sanè futilem, *quòd medium eius incompletè solùm distributum fuerit. Omne animal fuit in arca Noë : Bucephalus est animal : fuit ergo Bucephalus in arca*. Ob idem etiam *hic syllogismus* cassus est. *Omnis Deitas est Pater : Filius est Deitas : ergo Filius est Pater*. Distribuitur *Deitas*; sed incompletè. Non enim supponitur pro *vniuersis rebus*, *quæ* sunt Deitas; sed pro *singularissima essentia*, *qua* illa est.

Secundum est: *Nullus terminus* distribuendus est in *consequenti*, qui non fuerit in *antecedenti* distributus. Ecce *syllogismus*, qui huius defectu inutilis, & vanus citra dubium est. *Omne animal est viuens: omne animal est substantia: omnis ergo substantia viuit*. Hic *syllogismus* obinde profectò fallax est, quòd distribuatur *substantia* in conclusione, quin distribuatur in *præmissis*. ¶ Habes iam, cur *Baralipton*, & *Fapesmo*, qui indirectè concludunt, cúrque *Darapti*, & *Felapton*,

tam, qui directè, ne vniuersaliter, sed particulariter, colligant, & inferant. Proinde, scilicet, quòd vniuersè omnino concludentes, *ab indistributo ad distributum* argutari essemus.

Vnvm adijciam pro coronide, quod cum *prædictis omnibus* æquandum arbitror. Scilicet, *omnes istas regulas*, & quotquot alij congeserunt, in *vnica sola* contineri. Est ea hæc. *Omnis syllogismus*, quò ipsâ ratione formæ rectus sit, in aliquo *eorum modorum* efficiendus est, *quos* in textu retuli, *quosque* dissertissimè Logici extricarunt. Tam *certa regula*, vt, intra ipsos, ne *vllus* quidem *malus* inueniendus fuerit, nec *bonus* extrà. ¶ Vt cognoscamus ergo, recténe *syllogismus* concludat, vel non item; *hoc vnum* dumtáxat examinandum est. Vtrùm, scilicet, *syllogismus factus* in *recta figura*, inque *constanti modo* fabricatus fuerit. *Res* profectò *facillima* versatis, quæque *totam artis perplexi-*

Precla ra regula rectè syllogizandi. & concludendi.

plexitatem fugat. Non enim para-logizantes inferêmus. Ex puris particularibus: ex puris negatiuis: ex neganti affirmantem: ex particulari vniuersalem: determinatum ex confuso: ex non distributo distributum: ex ampliori pressius (intellige affirmatè) ex restrictiori amplius (negatè intellige) ex ambiguo certum: ex *medio* incompletè *distributo*: ex homonymò homonymon: ex maiori particulari *primæ*, minorique negante: ex maiori particulari *alterius*, neutrâque negante: ex minori *tertiæ* negatiua: & sexcenta alia, quæ Sophistæ congerunt, vixque possunt scribi, nedum memoriâ contineri. *Inanis ars, cuius præcepta memoriam superant.* Quòd siquis ita Panurgus esse velit, vt in huiusmodi gyris, & Mæandris, tamquam apud Sirenios scopulos (carpsit Agellius) consenescendum putet: *eos* semper legat, *qui*, neglecto Aristotele, in Petrum Hispanum diuerterunt. Obinde *illos*

Lib.16 c.8.

Pe-

Petrones superiùs nominaui. Tot sanè Sophistarum *decipulæ* procul dubio sunt, vt *sapientissimo cuique* ne proinde quidem erubescendum fuerit, quòd tricis eorum, hisque exilibus, vel ab *inertissimo puerulo* irretiatur. Vanè igitur in *extricandis illis* sudarêmus. Hoc præsertim sæculo, in quo ab arguentibus, *nullam fermè consequentiam* probari, videris. ¶ Quid ergo Scholastici, disputantes, agunt? Omissâ prorsus consequentiâ negatâ, *nouum medium* quæritant, ad probandum *cònsequens*. Si putant, idem esse probare *consequentiam*, atque probare *consequens*, digni planè sunt, qui ab *Exedris nostris* explodantur. Namque *consequentia*, non sanè *nouo medio*, quod nouum argumentum citra dubium est; sed *illo solo medio*, comprobanda erit, quo *vis syllogismi* demonstratur. Ad hoc namque vnum *ars hæc syllogistica* inuenta fuit. Quo autē medio *virtus hæc syllogistica* demonstranda sit, affatim hucusque satisfactum est.

Sotus, libro Sūmular. & alij.

Nostra tēpestas iam cōsequētias non cōsequētias probant.

Scopus artis.

Pp Di-

Diximus hactenùs, *quo mediò* CONSEQVENTIA probanda fuerit. Dicamus superest, *quònam* ANTECEDENS probandum est. Quod de *antecedenti*, idem de *consequenti* dicendum puta.

Aristoteles 1. libro de *Priori Analysi*, cap. 28. eam nobis *inueniendi medium artem* attulit, *quam* in textu retuli. Hæc autem (quod vidisti inibi) *quatuor præceptis* continetur.

Pretiosa ars mediū demōstratiuū inueniendi

PRETIOSIOR *alia*, qua perpetuò vsus. Tradidit *eam* Aristoteles in *exordio Logicæ*. Scilicet, in opusculo suo, eòque præclarò, *decem Categoriarum principalium*. Sunt hæc, Substantia, quantitas, relatio, qualitas, actio, passio, vbi, situs, quando, habitus. Docuit his, quò *simplicem apprehensionem mentis* roboraret, omnium fermè rerum *proprias definitiones* innenire. Id profectò, quòd executioni hâc solâ viâ mandari cupijt.

Categoriæ ars sunt definitio-

QVAESTIO POSITA in *subiectum*, & *prædicatum* resoluenda est. Hæc re-

resolutione primùm factâ (quod facillimum erit) *categoria subiecti* disquirenda est. *Qua* semel *inuenta*, mirum erit, si, diuisione illius, in *definitionem subiecti* non incideris.

nê inueniendi.

Inuētio definitionis.

Diuidito *substantiam*, in corpus, & spiritum. ¶ Diuidito *corpus*, in animatum, & inanime. ¶ Diuidito *viuens*, in sentiens, & non sentiens. ¶ Diuidito *animal*, in rationale, & brutum.

Quid putas inde? Vt *singulis* prædicatorum *diuisionibus* duas definitiones adinuêneris. Et inuenisses *plures*, si in *plures portiones* diuisisses. Namque *diuisio*, rectè modò in *propria categoria* construatur, *quot* partes edit, *totidem* partium *definitiones*, parit. Quòd *definitio*, & totô diuisô, & differētiâ partis, necessarió cōstet.

Diuisio categoriæ definitionẽ parit.

Quàm scitè dixit Aristoteles, *definitionem* speciei *diuisione* generis inueniendam esse! Sed *diuidendi genera* vbinam ille *artem* tradidisse putandus fuerit? Nullibi clariùs, quàm in *exordio Logicæ*. In libro, scilicet,

decem Categoriarum principalium.

Categoriæquot verè ſint. Dixi *principalium*, quòd nullus cordatus dubitare poſsit, quin *decem illa genera* vniuerſis rebus in *encyclopadia* definiendis, nuſquàm omninò ſint futura ſatis.

Ecce, *egregium opus decem Categoriarum Ariſtotelis* plurium ars eſt, quæ vnum ſunt. Diuidendi genus, definiendi ſpeciem, eſſentiam extricandi, rectè apprehendendi, ac demum *potiſsimum medium* inueniendi, quo *proprietates ſubiecti* demonſtrabis. Namque *definitio*, *diuiſione inuenta*, illud profectò medium eſt, ſine quo *nulla proprietas ſubiecti* ſimpliciter, & à *priori* demonſtrari poteſt. Sic planè docuit Ariſtoteles 1. libro de Anima, cap. 1. textu 11. Pulchra verba ſunt. *Ipſum quid eſt omnis eſt principium apodixeos*. Et ſanè *definitiones rerum diuiſione categoriarum* inueniendas eſſe, *doctrina* eſt Philoſophi, qua & vſus eſt. Legito illum, 2. lib. Phyſicor. cap. 1, & lib. 3. cap. 2. & 2. de Anima, cap. 1. & frequenter aliàs. Ec-

Logica simplicis apprehensionis emendatrix est

Ecce, delirant, quotquot asserunt, in Logica Aristotelis *simplicem apprehensionem intellectus*, quæ prima mentis operatio est, *nulla ratione institui*, & *emendari*. Quasi, post *categorias intellectas*, ne meliùs quidem *res* apprehendámus, quàm apprehendebámus ante *ipsas*. Ignorant miserè, *Categorias rerum*(sint Aristotelicæ, vel aliæ) artem pulchram esse, rectè *apprehendendi*, & *definiendi*. Quis, præter stolidos, negare ausit, *artificiosa definitione rei inuenta*, perfectiùs *essentiam*, quàm ante definitionem, apprehendi? Inanis fuisset *labor Aristotelis*, in id solùm impensus, *vt*, *in doctrinis*, *ipsum quid rerum* prænoscamus. Quod, *hoc præstituto*, facilè inde *proprietates subiecti* demonstremus.

Ecce, cur *nostratum excripta* in tam vastam, incomprehensamq; molem succreuerunt, vt nec oculis legi, nec manibus possint supportari. Disputant de rebus, sine *præuentu finitionis*. Coguntur inde *complura*

Carplurésque quæstiones hodie sint, quã agitarint Classici.

in quæstionem reuocare, quæ *in definitione* præsciuissent. Idque, & alia non Aristotelem; sed inscios Sophistas imitantes, qui (Prnceps ait) quòd *à præfiniendis subiectis* abstinuerint, *infinitas quæstiones* reliquêrunt. Totum cæci asseclæ in his enodandis otium terunt. Quòd fascinati nesciant, perinde *sine definitione philosophari* esse, atque *turbido cælo, sine magnete, noctù nauigare*. Quid inde illis? Vt opinentur *multa*, quæ planè sciuissent *definientes*. Vllumnè lateat, illud esse *opinari*, quod *nescire*?

Definitio plurimas quæstiones tollit.

Ecce, quàm *multis* æmuli, plura *paucis* cur *Salicos nostros* doceâmus. Sectamur Principem, qui, *Topice neglecta*, *apodixim* exercet, in *doctrinis*. *Procedens*, scilicet, *à definitione ad definitum*. Quò plura *demonstrat*, eò pauciora de subiecto *dubitat*. Quòd *definitio*, disputatiônem moderans, *omnes* fermè *quæstiunculas* definiat. Quòdque post

post *definitionem penetratam*, quò *definitum* simpliciter sciamus, *proprietates solùm demonstrare restet.*

QVO FELICITER FACTO, nisi in *acataleptis*, quæ infinita sunt, vanè cum *nostris* insudare velis, vel conquiescendum inibi, vel absque omni fructu laborandum, puta.

EXPOSITORVM ergo *ille solus* enârrat Aristotelem, qui *definitiones ipsius* perscrutatur. Vt namque *princeps* (in *libris*, intellige, *acroamaticis*) totus omnino in *definiendo* erat (quî demonstraret aliter?) sic *enarrator* in eo sanè totus futurus erit, vt *definitiones illius* exposuerit. *Nostrates* ergo, qui, *districtum examen definitionum* præterientes, *nouas* indies *quæstiones* coaceruant, *his* planè *tribus*, intemperanter, præ alijs, abutuntur. *Otio*, *litteris*, & *alieno nomine*. Arbitror proinde

Ille solus expositor Aristotelem qui definitiones eius perscrutatur.

de (cauete Iuuenes) *noſtratum phaſmata* , quibus ſe ſe *Lyceum principis* tum *luſtrare* , tum etiam *ſupplere* glorian-tur , *commenta* potiùs , quàm *commentaria* eſſe.

TRIVM SALICΩN PARAPHRASEΩN FINIS.

LAVS DEO.

CITTA' - ROMA
SEGNATURA - 12.31.A.8
ANNO - 2004
RESTAURATORE - RAIMONDO MILIO

SINTESI DELLE OPERAZIONI EFFETTUATE:

Controllo della numerazione, pulizia a secco con pennello morbido e tampone di gomma, scucitura dei fascicoli, lavaggio totale, deacidificazione in soluzione di bicarbonato di calcio, ricollatura con pennello e Tylose MH300P al 2%, asciugatura a temperatura ambiente, spiananmento, risarcimento manuale con applicazione di carta giapponese di adeguato spessore e colore, scarnitura con bisturi, ricomposizione dei fascicoli, cucitura su nervi di spago, indorsatura con tela mussola, capitelli passanti, carte di guardia ingres galletto, legatura in pergamena semifloscia con applicazione del tassello in carta, scritta della collocazione, custodia in cartone per la conservazione della vecchia coperta.